BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XLVIII
H
39
NAPOLI

Digitized by Google

SACRA RITUUM
CONGREGATIONE

Emo, & Rmo Domino

CARDINALI ALBANO

SACRI COLLEGII DECANO

AMALPHITANA

Beatificationis, & Canonizationis

VEN. SERVI DEI

P. DOMINICI GIRARDELLI
A MURO

Sacerdotis Profeſſi Ordinis Minorum
Conventualium Sancti Franciſci.

NOVA POSITIO

SUPER VIRTUTIBUS.

NAPOLI

ROMÆ MDCCLXXXVIII.

Ex Typographia Rev. Cameræ Apoſtolicæ

Digitized by Google

AMALPHITANA

Beatificationis, & Canonizationis

VEN. SERVI DEI

P. DOMINICI GIRARDELLI A MURO

Sacerdotis Profeſſi Ordinis Minorum Conventualium Sancti Franciſci.

NOVÆ

ANIMADVERSIONES

R. P. FIDEI PROMOTORIS

SUPER DUBIO

An conſtet de Virtutibus Theologalibus Fide, Spe, & Charitate in Deum, & Proximum; & Cardinalibus Prudentia, Juſtitia, Fortitudine, ac Temperantia, earumque adnexis in gradu heroico in caſu, & ad effectum, de quo agitur?

BEATISSIME PATER.

1 Inſtituto *Antepræparatorio* examine ſuper aſſertis heroicis Virtutibus Ven. Servi Dei P. DOMINICI GIRARDELLI A MURO coram Emo, & Rmo Domino Cardinali Albani Sacri Collegii Decano Cauſſæ Relatore die 8. Junii 1784., Rmi Conſultores pro ea, qua præſtant, doctrina, & religione, ſedulo perpenſis omnibus hinc inde deductis, plures numero, eaſdemque graviſſimas difficultates adhuc in Cauſſa eſſe cenſuerunt. Eas igitur omnes pro muneris, quo fungor, religione accuratè in hiſce Novis Animadverſionibus notabo, ut, iis cognitis, Cauſſam omnem in eo, quo decet, quoque ſummopere, indiget, lumine Poſtulatores collocare valeant.

2 Ac primò quidem obſervabant Suffragantes doctiſſimi fraudis, dolique notam ab veteribus Poſtulatoribus non plenè fuiſſe ſublatam, qui tamdiu Cauſſam ſuam ab Sacri hujus Conſeſſus judicio remotam tenuerunt. Nam, inquiebant, ſi id contigit ob pecuniarum defectum, quomodo ipſi anno 1742. expenſas ſubire potuerunt ad alterum Informativum Proceſſum conficiendum neceſſarias? Non agebatur de obuli ſolutione; ſed res erat de pecuniæ ſumma impendenda pro Proceſſus conſtructione, quam non le-

vem impendi oportere, nemo noſtrarum rerum peritus ignorat. Quis igitur expendens ex una parte Proceſſum Informativum jam completum uſque ab anno 1694., & Cauſſæ introducendæ opportunum; ex altera vero parte Poſtulatores pecunias erogantes pro conſtructione alterius Informativi Proceſſus, non ſtatim concludet, dolo potius, fraudeque Cauſſæ propoſitionem fuiſſe dilatam, quàm ob pecuniarum defectum? Augetur suspicandi ratio, quum animadvertitur, in Teſtium Cathalogo vix unum, aut alterum occurrere Servi Dei Contubernalem, neminem vero ex ejus Confeſſariis. Id eveniſſe in Proceſſu anni 1742., admirationem non ingerit. Etenim poſt spatium annorum octo supra quadraginta, aut morte, aut mora in aliis Cœnobiis ab Amalphitano nimium remotis impediri Poſtulatores potuerunt ab illis coram Judice pro examine inducendis. At quis ſibi suaserit, id fieri potuiſſe vix decimo elapso anno ab Servi Dei obitu? Quis credet, hoc brevi temporis spatio omnes Servi Dei Contubernales, & Confeſſarios aut obiiſſe, aut in longinquas regiones se recepiſſe?

3 Ajunt Defensores: neminem negligentem eſſe, aut dici debere, qui id agere prætermittit, aut diſtulit, ad quod agendum non tenebatur, vel terminus ei non erat præfixus (a). Huic reſponſioni non admodum repugnarem, ſi prouti certa eſt *in abſtracto*, ut ajunt, certa item eſſet *in concreto* casu quo de agimus. Poſtulatores non tenebantur ulla lege aggredi Cauſſam Beatificationis Ven. Dominici, neque ad illam determinato aliquo tempore aggrediendam termino aliquo a Judice præfixo adigebantur: sed semel ac ipſi decimo ab obitu Servi Dei anno juridicam Inquiſitionem super ejus vita, & rebus geſtis Ordinaria auctoritate inſtitui curarunt; jam communis prudentia ipsos cogebat inceptum omne accurate ad suum finem ordinare, ne ſtultè operam, ſtudium, & pecunias impendiſſe viderentur. Unus pecuniarum defectus, qui improviso interveniſſet, eorum prudentiam ab incæptò prosequendo poterat impedire. Verum defectus hujusmodi nedum in facto non probatur, sed ex facto ipso excluditur (b). Conſequitur ergo, Cauſſæ hujus propoſitionem aliis prorsus rationibus fuiſſe dilatam, & præcipuè, ut interim ii omnes morerentur, qui aſſertæ Ven. Viri Sanctitati poterant adversari. Si conſtaret, eos, quorum obitus fuit expectatus, homines fuiſſe insulſi judicii, pravique moris; eſſent hac in specie Poſtulatores laudandi potius, quàm redarguendi (quis illiusmodi homines in Teſtes aſſerat?) sed cum prorsus lateat, quod nam fuerit ingenium eorum, ab quorum teſtimonio Cauſſæ incommodum timebatur; nonniſi divinando veteres Poſtulatores a dolo excusari poſſunt.

4 Addunt: neminem negligentiæ, aut fraudis eſſe inſimulandum, quum ea profert, quæ ad rem conficiendam sunt opportuna. Cum igitur *ita se Poſtulatores in hac Cauſſa geſſerint, ut non solum in utroque Proceſſu Ordinario....., verum etiam in Apoſtolico plurimi reperiantur teſtes oculati, ex quibus pleniſſima, directa, & undequaque perfecta oritur probatio....., non jam culpanda eſt negligentia Poſtulatorum* (c). Eſto per falsam hypotheſim, allatos a Poſtulatoribus Teſtes eſſe hujusmodi, ut inde perfecta oriatur probatio eorum, de quibus quærimus: hac in specie negligentiæ notam ad summum poterit Actor vitare; fraudis, dolique non item. Quandoquidem non sunt hæc contradictoria, quod quis, alicujus rei probationem allaturus, quæ ſibi profutura sunt sedulò comparet, quæ vero non profutura callidè, aut occultet, aut omittat maximo cum ve-

(a) *Reſp. pag.* 4. §. 4.
(b) *Vid.* §. 2.

(c) *Reſp. cit. pag.* 4., *& ſeq. cit.* §. 4., *& ſeqq.*

veritatis diſpendio . Ita ſe geſſiſſe Poſtulatores noſtros , ſuadent maxime , tùm enorme temporis ſpatium , quo Cauſſa ſiluit , tùm defectus examinis Contubernalium Servi Dei , ejusque Confeſſariorum . Quousque ſuſpiciones , quæ ex illis factis ſponte ſua oriuntur , non removeantur ; etiamſi allati teſtes *pleniſſimam* , *directam* , *& undequaque perfectam probationem* conſtituerent ; prudens tamen , expertusquo Judex meritò ſemper formidaverit , fraudem ſibi ab veteribus hujus Cauſſæ Poſtulatoribus fuiſſe factam aliquid aut occultando , aut prætermittendo , quod eidem poſſet officere .

5 Sed inſiſtunt ipſi : non alia de cauſa majorem numerum Contubernalium Servi Dei deſiderari , niſi quia Poſtulatores *quatuor ſui Ordinis viros Religioſos ſatis eſſe crediderunt* , *ut nec domeſtici deſiderarentur* , *nec magnus ipſorum numerus in oculos ſtatim incurreret* , *aut offenderet* : Confeſſariorum vero teſtimonia , quod attinet , *non conſtat* , inquiunt , *aliquem Confeſſariorum ejus fuiſſe ſuperſtitem anno* 1694. , *quo conſtrui cæptus eſt primus Proceſſus Ordinarius* ; *atque ita præſumendum eſt* , *jam præobiiſſe* , *aut ad alium Conventum commigraſſe* (a). Verum ad primum, illud quæro ab Defenſoribus , quonam ex facto , aut ex documento ipſi noverint , veteres Poſtulatores crediſſe , *quatuor ſui Ordinis viros Religioſos ſatis eſſe* , *ut nec domeſtici deſiderarentur* , *nec magnus ipſorum numerus in oculos ſtatim incurreret* , *aut offenderet* ? Quæro etiam , cur iidem Poſtulatores nihil timuerunt , ab ingenti numero mulierum ad teſtimonium dicendum coram Judice ſiſtendo Servo Dei maxima familiaritate , & affectu conjunctarum , de quibus magis proclive erat pertimeſcere , ne , ſi magno in numero ad examen fuiſſent inductæ , id in oculos prudentis Judicis ſtatim incurreret , & offenderet ? Ii , qui non timuerunt numerum , ubi juſta ratio erat eum timendi; numerum timuiſſe putabimus, ubi vanum erat ac ridiculum eum pertimeſcere? Non ita certe PP. AA. ſunt comparati, ut Defenſoribus eam excuſationem afferentibus , quæ omni prorſus caret fundamento , atque ex facto ipſo apertiſſimè excluditur faciles aures præbeant . Ab alio igitur fonte defectus examinis Contubernalium Servi Dei eſt derivandus . Nec aliud ſtatuendum eſt de defectu examinis Confeſſariorum . Quod enim ipſi regerunt ad huuc defectum excuſandum , optimè in ipſos retorquetur . Siquidem , uti ipſis *non conſtat* , *aliquem Confeſſarium* Ven. Viri *fuiſſe ſuperſtitem anno* 1694. ; ita etiam nobis non conſtat , aut præobiiſſe , aut ad alium Conventum ante eum annum commigraſſe . Quod ſi ipſi , quum non conſtat , aliquem ex Servi Dei Confeſſariis fuiſſe ſuperſtitem anno 1694. , *præſumendum eſſe* contendunt , aut præobiiſſe , aut ad alium Conventum commigraſſe ; æquè nos , quum non conſtat , aut præobiiſſe , aut ad alium Conventum commigraſſe , præſumi poſſe ſuſtinemus , dolo malo eorum examen fuiſſe neglectum .

6 Jam vero unum adhuc ſupereſt , quod omnem de Poſtulatorum fide in probationibus pro hac Cauſſa comparandis quæſtionem abſolvit . Moritur Ven. Dominicus die 31. Decembris anni 1683. , atque anno 1694. , ab ejus obitu undecimo , Amalphitanus Antiſtes ſua Ordinaria auctoritate juridicam Inquiſitionem inſtituit ſuper ejus aſſertis Virtutibus , & Miraculis . Plures in hac teſtes examinantur , qui ob conſuetudinem , & familiaritatem , quam cum Servo Dei habuerant, res ab eo præclarè geſtas ignorare non poterant . Attamen , quis credat ? anno 1742. , ut notavi , alter eadem Ordinaria auctoritate Proceſſus, Poſtulatorum cura, confectus fuit, qui Cauſſæ in-

(a) *Reſp. pag.* 7. §. 9. , *pag.* 6. §. 8.

introducendæ inserviret. Quid ergo fuit in causa, quamobrem de altero hoc Proceſſu conficiendo Poſtulatores decernerent? Cur Cauſſam paupertate, ut dicitur, laborantem novis, ſuperfluiſque ſumptibus gravarunt? Sane, reponunt Defensores, ut continuatio Famæ Sanctitatis ad tempus, quo petenda erat *Signatura Commiſſionis*, juridicè probaretur (*a*). Audio; sed de Famæ continuatione certa reddi poterat Sacra Rituum Congregatio aut per epiſtolam Ordinarii, & per teſtes ad perpetuam rei memoriam examinatos, aut aliis extrajudicialibus atteſtationibus, præsertim ad parcendum expenſis. Cur igitur Poſtulatores id, ad quod minimè tenebantur, præſtiterunt? Dicam ego paucis. Quia Proceſſus anni 1694. adeo parcè, adeo genericè, summatimque de Servi Dei vitæ geſtis referebat, ut tamquam inutilis, & omnino ineptus ad *intentionis* Poſtulatorum *fundamentum* conſtabiliendum fuerit exiſtimatus. Vera me loqui, ipso Defensorum facto eſt exploratum. Nam hi cùm in Summario, tùm in Elencho de antiquo illo Proceſſu parum solliciti vim omnem, & spem suam collocant in altero confecto de anno 1742., quum ſpecificos Virtutum Servi Dei actus probare nituntur.

7 Quod ſi formalem Proceſſum confici curarunt, propterea quod antiquo illo Proceſſu aut parum, aut nihil continebatur de heroicis Servi Dei Virtutibus, deque actibus ſpecificis earumdem: interrogo rursus Defensores, cur teſtes in primo illo Proceſſu examinati tàm parcas, tàm genericas, tàm inutiles super heroicis Ven. Dominici Virtutibus depoſitiones protulerunt? Breve elapsum erat tempus ab Ven. Viri obitu; viva adhuc erat ejus memoria; in omnium ore nomen illius versabatur; teſtes ad examen acciti plenam de eo cognitionem habebant, diu cum ipso familiariter versati fuerant, ejusque Virtutes, atque actiones commodum iisdem semper fuerat oculis suis notare. Cur igitur tàm parce, ſummiſque labiis de eodem retulerunt? Quia, inquiunt Defensores: de Virtutibus Servi Dei in genere unicum adhibitum fuit Interrogatorium, quod eſt ordine nonum (*b*). At inane hoc eſt effugium. Unum ſiquidem factum fuit teſtibus examinatis, anno 1694. circa Virtutes Ven. Dominici Interrogatorium; sed adeo ſpecialibus interrogationibus plenum, adeo ſingulas complectens Virtutes, ut, ſi voluiſſent, aut potuiſſent iidem teſtes illud ex integro evacuare, longam feciſſent Virtutum omnium, actionumque heroicarum, quæ sub unaquaque Virtute continebantur enarrationem. Non igitur ex interrogandi ratione Teſtium Informativorum anni 1694. in deponendo brevitas, & factorum ſpecificorum ſilentium eſt derivandum, sed ita teſtimonium dixiſſe, aut quia pauca Virtutum heroicarum ſpecimina, aut non alia, quam cæteris benemoratis Religioſis communia in Ven. Viro notarunt, omnino eſt concludendum. Hæc quum ſint, quis modo ſibi unquam pesuaserit, nulla fraude, nulla prohibita inſtructione poſtea evenire potuiſſe, ut aliqui ex Informativis Teſtibus anni 1694. repetiti, & Teſtes de novo examinati cùm in altero Proceſſu Informativo anni 1742., tùm in Apoſtolico, eo tempore scilicet, quo oblivionem rerum in Teſtibus præsumi oportère, ipſimet Defensores nedum fatentur, sed propugnant (*c*), locupletiores, ornatioresque de Servi Dei vitæ geſtis narrationes pronunciarint, quàm ii, qui & propiores factis fuerant, & intimiorem cum eo familiaritatem, & consuetudinem habuerunt; & tunc maximè, quum recentior erat factorum memoria? Equidem, ut censeo, sapiens nemo id credet. Cum igitur de fraude, de dolo Poſtulatorum in Caussa hac agenda gravis

mo-

(a) *Reſp. pag.20. §.22.*
(b) *Reſp. pag.32. §.37.*
(c) *Reſp.pag.18.§.22.*

momenti argumenta undecumque occurrant, non video, cur ultra in ea progredi juverit.

8 At urget adhuc Defenſor, ab fuſioribus Interrogatoriis adhibitis anno 1742. in Proceſſu Informativo conficiendo, & præſertim in Apoſtolico, non vero ab ulla prævia prohibita Inſtructione locupletius, quod in his Proceſſibus teſtes perhibuerunt, teſtimonium eſſe repetendum(*a*) Non equidem inficior, ab Interrogatoriis, & Articulis, qui fuſiores ſint, atque enucleatiores, repeti poſſe excitationem memoriæ rerum in Teſtibus, & depoſitiones locupletiores: atæque contendo, quòd cum unius ejusdemque effectus plures poſſunt eſſe cauſæ; nimia confidentia opus eſt, ut uni potius, quàm alteri absque ulla ratione tribuatur. Noſtro in casu teſtium depoſitiones fuſiores, rerumque notitiâ conſertiores eſſe potuerunt, tùm ob Interrogatoriorum, & Articulorum enucleatiorum indolem, tùm ob præviam prohibitam inſtructionem, aliamque fraudem hujusmodi. His ita ſe habentibus, quis tantum ſibi arrogaverit, ut certò, & affirmatiſſimè ſtatuat, ab illis potius, quàm ab hac eſſe derivandam fuſiorem eſtium noſtrorum deponendi rationem, omnibus latentibus momentis illis, quæ, unâ cauſâ excluſâ, alteram neceſſariò includant, & præſtituant? Quare, ſi ad graviſſimam difficultatem declinandam ea reſponſione uti Defenſores volunt; nemo non percipit, onus ipſis incumbere eas omnes afferendi rationes, quibus ſuſpicio quælibet de præviâ prohibitâ inſtructione removeatur: ſecus, ut liberum ipſis eſt ab fuſioribus Interrogatoriis, & Articulis locupletiores teſtium rogatorum depoſitiones deriv. :e; liberum ita nobis, & Sapientiſſimis Patribus erit, eamdem præviæ prohibitæ inſtructioni acceptam referre. Atque hoc profectò magis credendum: nam, etſi aliquanto jejuniores fuerint primæ Interrogationes; erant tamen certè tales, quibus teſtes ſatis excitari poterant ad omnia, quæ habebant, diſſertè, fuſeque exponenda: quum vero poſt paucorum annorum lapſum præſentes veluti haberent Servi Dei actiones, multò facilius erat ea recordari, quæ ulla indigerent interrogationum ope.

9 Fingo tamen, facile Poſtulatores poſſe ab his ſe expedire: at quis interea allatorum teſtium fidei rem hanc delicatiſſimam, periculisque plenam jure concreditam cenſuerit? Sapientiſſimi certe PP., eorum teſtimoniis haud eſſe acquieſcendum ingenue profeſſi ſunt. Quinam enim, inquiebant, ſunt iſti Teſtes? Non alii ſane, quam homines facilè creduli, phantaſia vividiori prædìti, fœminæque plures ſomniis, ac viſionibus cùm ridiculis, tùm indecoris ſuscipiendis maximè proclives: firmi vero judicii, rectique ingenii, B. Bonaventura a Potentia, paucisque aliis exceptis, nemo unus occurrit, (*b*) Quum autem hujusmodi ſunt teſtes, qui ad Cauſſam ſuſtinendam afferuntur, facilè eos in ſuis narrationibus decipi, ac deludi potuiſſe, facilè etiam dormitare, cæcutire, incertosque rumores pro veris factis obtrudere, nemo ſanus inficiabitur. Locupletiſſimè enim patet, cùm ex quotidiana experientia, tùm ex hiſtoria, & naturali, & politica, & litteraria ideo innumera obtinere inter homines fabuloſa, puerilia, ridicula, quia earum aut narratores, aut Scriptores quamplurimi capacitate, perſpicacia, judicio deſtituebantur, & contra ſimplices, facilè creduli, & phantaſiæ illuſionibus nimium addicti erant. Quod ſi Hiſtoria quælibet, & facta quæcumque in vulgus effuſa, ſunt ab prudenti viro rejicienda, quum ipſa aut ſcripſiſſe, aut narraſſe illius gregis homines con-

(*a*) *Reſp. pag.* 32. §. 37.   (*b*) *Super. Animadv.* §. 31., *& ſeqq.*

conſtat; fortius in omnium ſanctiſſimo Religionis negotio cautio, ac prudentia hujusmodi eſt omnino servanda.

10 At ajunt Cauſſæ Patroni; *ſi hæ feminæ . . . aut ex aſſiduis jejuniis, at ex vigiliis nimium protractis, aut ex pia quadam affectione imaginationes, & phantaſmata viderint, aut videre ſibi viſæ ſint . . . licet eas apparitiones a Deo non eſſe immiſſas certa ratione conficeretur, non propterea ita eſt earum credulitas, ac judicii imbecillitas exaggeranda, ut in cæteris, quæ extra hujusmodi viſiones viderunt, & in quibus cum aliis conſentiunt, depoſitio earum omnino parvi pendatur, aut fides imminuatur* (*a*). Non equidem repugnarem, ſi ita eſſet. At primò, quænam sunt, in quibus narrandis alios idoneos teſtes oculatos, omnique exceptione majores consentientes habent? Deinde, etiamſi concederemus, in aliquibus Cauſſæ Articulis id obtinere, in pluribus aliis certe, ex quibus Cauſſa maximè pendere debet, non ita se res habet. Ut, ne nimius ſim, plura prætereain; quæ spectant aut Prudentiam Chriſtianam in ſpirituali cùm Monialium SSmæ Annunciationis, tùm earum, quas vulgo *Bizzocas* vocant, directione, aut conſiliorum indolem, quæ ipſis ab Ven. Viro dabantur, aliaque hujusmodi, ſolis fæminarum dictis innituntur, Fæminæ ſolæ sunt, quæ omnia bona fuiſſe, dicunt, quæ a Dei Famulo, ut Confeſſario, ut Directore, ut Conſiliario ipſis ſuggerebantur. Hunc autem delicatiſſimum Cauſſæ Articulum quis, ſolis fæminis auditis, ſibi definiendum arrogaverit? Verbo; ſi ex Summario, & Elencho ea tollas, quæ a fæminis, & a Sacerdotibus Laurentio Anaſtaſio, & Carolo Manſi fuſo sermone narrata sunt; quæ ab reliquis teſtibus commemorantur vix ad Sanctitatis famam conſtabiliendam sunt opportuna. Fæminæ autem, & laudati Sacerdotes non ii sunt, quibus fides ab prudenti Viro hoc in judicio adhibeatur; quia ex diſputatis tùm a me (*b*), tùm a præclariſſimo meo in munere Deceſſore (*c*) perſonæ nimis credulæ illusæ, ac imbecillis judicii deprehenduntur. Patet igitur, aut Cauſſam eſſe a Poſtulatoribus relinquendam, aut ab ipſis demonſtrandum, illos omnes teſtes, quibus non eſſe credendum contendimus, ita alios idoneos oculatos teſtes consentientes in ſuis narrationibus habere, ut quam non mererentur fidem, ſi ſoli deponerent, eam ſibi comparent idoneorum conteſtium cognita auctoritate. Una eſt hæc ratio ab propoſita exceptione evadendi, quæ cùm a Defenſoribus ipſis propoſita ſit, onerosum iiſdem non videbitur, ſi in ea facto undecumque confirmanda adlaborandum ſibi eſſe PP. Sapientiſſimi cenſuerint.

11 Hæc de Teſtium perſonis. Quid nunc de eorum dictis proferam? Immenſum opus eſſet, quæ inde incommoda Cauſſæ obveniunt vel curſim, ſummatimque percensere. Unum tamen, aut alterum præterire nullo modo poſſum, quod negotium faceſſere pluribus doctiſſimis Consultoribus præterita Congregatione deprehendi. Ac primo quidem obſervandum, plura, quæ a teſtibus narrantur, nonniſi generalia eſſe, iiſque ex Summario, atque Elencho demptis generalibus laudum præconiis, quæ ſpecialia sunt, ac individua vix demonſtrare, Ven. Virum aliquos Chriſtianarum Virtutum actus exercuiſſe, earum vero habitu imbutum animum habuiſſe non item oſtendere: obſervandum deinde, non ſemper eosdem teſtes apte, opportuneque diſtinxiſſe tempora, quibus Dei Famulum Chriſtianè agentem viderunt. Obſervandum tertiò, nihil noſtros teſtes, aut de auditu a videntibus, aut de publica voce, & fama narraſſe, quod aptum, opportu-

num-

(*a*) *Reſp. pag. 49. §. 51.*
(*b*) §. 6.
(*c*) *Super. Animadv. cit. §. 31., & ſeqq.*

numque ſit ad ea patefacienda, & illuſtranda, quæ ſpectant vitæ rationem a Ven. Viro initam ante poſtremos viginti duos ſuæ vitæ annos. Obſervandum quarto, adeo manca, adeo jejunia eſſe allatorum teſtium dicta, ut plures ſint in Elencho Virtutum ſpecies, quæ idoneis oculatis teſtibus careant. Hujuſmodi eſt præſertim Virtus Temperantiæ, & Obſervantia Votorum, & Regularis diſciplinæ, quarum actus vel de auditu, vel conjiciendo ut plurimum teſtes referunt (*a*). Quod ſi aliqui citatis Elenchi titulis occurrunt actus, quos Teſtes oculis ſuis notaſſe dicunt, hi certè non ſunt hujuſmodi, ut earum Virtutum probationem conſtituant, quam hoc judicium jure ſuo efflagitat. Nam, aut memorantur ab iis teſtibus, qui dictis ſuis poſtremum vitæ Servi Dei Decennium non complectuntur (*b*); aut ſemel, vel iterum a teſtibus fuiſſe notatos conſtat (*c*). Obſervandum poſtremo, dicta B. Bonaventuræ a Potentia, Teſtiumque Informativorum anni 1694., X., & XIV., quibus maximè Cauſſæ Patroni confidunt pro adſtruenda Regulari Obſervantia Votorum, & Conſtitutionum Ordinis Conventualium, cui Ven. Dominicus nomen dederat, nihil, aut ferè nihil eorum intentioni favere, tùm quia, X. excepto, reliqui duo poſtremum Servi Dei vitæ Decennium non complectuntur, tùm quia pauca, quæ exhibent, generalia prorſus ſunt, ita ut nullum præferant ex illis argumentis, & factis, quibus conſtet, Ven. Virum Superiorum nutibus promptè, lubenterque obſequentem fuiſſe, paupertatis ſtudioſum, caſtitatis ſervandæ cauſa vigilem continuo, & quammaximè attentum, diurno, nocturnoque Choro mirifica adſtantem modeſtia, & devotione, Sacramentis ea, qua par eſt, animi præparatione uſum, corpus ſuum caſtigaſſe, ac in ſervitutem jejuniis, carniſque macerationibus redegiſſe, nec quidquam intermiſiſſe eorum, quæ Regularis vitæ inſtitutum ab eo profeſſum poſtulabat.

12 Sed nihil clarius allatarum probationum imbecillitatem prodit, quam Defenſorum factum. Etenim ipſi in Elencho Actuum heroicorum conficiendo, ornandoque ne conteſtium oculatorum defectus objici poſſet, Teſtes in Inquiſitionibus Ordinariis exceptos, & demum in Apoſtolico de more repetitos, quaſi duplicem repræſentent perſonam, nobis exhibent. Ne quis autem arbitretur, me temere id aſſeruiſſe; oculos, quæſo, convertant PP. AA. ad Teſtes Apoſtolicos III. VII. VIII. VI. X. XI. XII. XVI. XVII. Veriti ſiquidem non ſunt Cauſſæ Patroni ſub unoquoque titulo eorumdem teſtium depoſitiones ad uniuſmodi rei probationem bis afferre: primo eas, quas protulerunt coram Judicibus ab Apoſtolica Sede delegatis; deinde vero

ro

(a) Vid. Elench. tit. 8. Act. 2. Teſtes Apoſtolicos II., & IV., Teſtes Informativos Proceſſ. anni 1742. VIII., XVI.; Act. 3. Teſtes Apoſtolicos III., V., VII., VIII. X., XVII., Teſtes Informativos Proceſſ. anni 1742. VIII. X. XI. XIII. XVI. XXI.; Act. 4. Teſtes Apoſtolicos VI. VII. IX. XI. XIII. XVII. Teſtes Informativos Proceſſ. anni 1741. II. V. XVII. XXIV.

(b) Vid. Elench. cit. tit. 8. Act. 1. Teſtes Apoſtolicos II. III. VI., Teſtes Informativos Proceſſ. anni 1742. XXI., anni 1694. XIV.; Act. 2. Teſtes Apoſtolicos II. VI., Teſtes Informat. Proceſſ. anni 1742. III. VIII., Proceſſ. anni 1694. V.; Act. 3. Teſtes Apoſtolic. III. VI. VII. XXVII., Teſtes Informat. Proceſſ. anni 1742. VIII. X. XI. XXI.; Act. 4. Teſtes Apoſtolic. VI. VII. XI. XVII. Tit. 9. Act. 1. Teſtes Apoſtolic. II. III VI. VII. XI. XIV. XVII., Informativos Proceſſ. anni 1742. VIII. IX. Proceſſ. anni 1694. XIV.; Act. 2. Teſtes Apoſtolic. II. VI. VII. XI. XIV. XVII., Teſtes Informat. Proceſſ. anni 1742. XVII.; Act 4. Teſtes Apoſtolic. II. VI. VII. XIV. XVII. Teſtes Informat. Proceſſ. anni 1694. V. XIV.. Act. 5. Teſtes Apoſtolic. XVII.; Act. 6. Teſtes Apoſtolic. II. III. XIV. XVII. Teſtes Informat. Proceſſ. anni 1742. XIII. III. IX. XV. Proceſſ. anni 1694. IX. XIV.

(b. Vid. Elench. cit. Tit. 8. Act. 2. Teſt. V. Proceſſ. Informat. anni 1742. Act. 3. Teſt. V. Apoſtolici Proceſſus, XXVII. ejuſdem Proceſſ. Teſt XXI. Proceſſ. Informat. anni 1694., & alibi.

to illas, quas fecerant in Ordinariâ Inquiſitione, itaut una, eademque perſona ſit teſtis inſimul, atque ſibimetipſi conteſtis. Hoc autem potiſſimum contingere animadverti in Elencho actuum specialium *part. 2. tit. 1. Act. 1., 2., 3., 4., 6., & 7., tit. 2. Act. 1., & 3. tit. 3. Act. 1.2.5.7.8., tit. 4. Act. 1.4.5.7.8.9., & alibi*. Quid ergo ex his ſequitur? Quod nimirum noſtro in caſu prudens Judex nequeat tutò decernere cùm quinam virtutum actus ad poſtremum vitæ Servi Dei Decennium ſint referendi, tùm agatur nec ne Cauſſa innocentis hominis, vel pænitentis. Sequitur etiam, de plurimm virtutum ſpeciebus conſtare non poſſe, propter legitimæ probationis defectum. Quum autem in quæſtionibus, quæ per teſtes ſunt definiendæ, teſtes ipſi deſiderantur, qui apti, & idonei ſint ad id probandum, quod quæritur, Cauſſa omnis hæreat neceſſe eſt.

13 Quod ſi tamen & ipsas Virtutes, ut in Elencho a Defenſoribus ſunt propoſitæ, expendere libeat, facile eſt oſtendere, eam omnino in iiſdem deſiderari heroicitatem, quæ hujuſmodi in judiciis requiritur. Ac primo quidem quæro ab Defenſoribus, quid ea omnia proſint, quæ teſtes memorant; & ipſi in Elencho huic, illive virtuti opportune aptant de Servi Dei curâ in Civium diſcordiis ſedandis, & amicitiis inimicorum conciliandis; de ejus in Confeſſionibus audiendis aſſiduitate; de piis, rectisque conſiliis, quibus plurimos juvit; de electione ſtatus Religioſi; de jejuniis; de cruentis, & repetitis verberationibus; de uſu ciliciorum; de peccatoribus frequenter ad pænitentiam quæſitis; de cura erga ægrotantes, & in poſtremo vitæ articulo conſtitutos; de eleemoſinis pauperibus erogatis; de frequentiſſimis colloquiis, aut ſuper æternâ vitâ, aut aliis ſuper rebus ſpiritualibus ab eo inſtitutis; de verbi Dei prædicatione, deque aliis hujuſmodi? Mirabuntur fortaſſe Defenſores, me ita ipſos interrogare? At prudens quiſque potius mirabitur, eos in his cauſſis agendis, in quibus non aliud judicium agitur, præter quam de actuum humanorum *moralitate*, & heroicitate, illa omnia negligere, quibus *moralitas*, & heroicitas illa continetur. Nullus actus humanus *moraliter* bonus eſt, aut dici poteſt, niſi hujuſmodi ſit *ex integra causa* ut loquuntur; ex objecto nimirum, fine, & circumſtantiis. Itaque, ſi defectus ſit ex parte objecti, aut finis, aut circumſtantiarum; ſi nempe aut finis ab agente intentus non ſit rectus; aut objectum, quod voluntas eligit, ſit per ſe malum, aut aliquæ circumſtantiæ inter agendum omittantur, quæ morum regulis præcipiuntur, vel aliquæ actui aſſocientur, quæ iiſdem regulis vetantur, de moralis actus bonitate judicium omne ereptum ſit oportet. Hinc Phariſæorum largitiones, jejunia, totaque vitæ auſteritas non erant actiones *moraliter bonæ*, quamvis *materialiter*, ſeu ex objecto rectæ rationi confor mes viderentur; quoniam non ex propoſito rectæ rationi obſequendi, ſed ex faſtu, & opinione meriti tamquam ex fonte promanabant. Hæc inter omnes, etiam inferioris ſubſellii, Theologos conſtant.

14 Ad hanc modo regulam Servi Dei actiones, quas notavimus, Defenſores conferant. Profecto non aliud in iiſdem invenient, quam ſeries actuum, qui ex uno objecto, ſeu *materialiter* ſuam moralem bonitatem derivant; ex fine vero, & ex circumſtantiis, *moraliter* bonos eos eſſe dicendos, non item conſtat. Ubinam enim preſto ea ſunt ſigna, & argumenta, quibus pateat, ex fine, & circumſtantiis Dei Famulum Chriſtiana prudentia ductum Religioſum inter Minores Conventuales ſtatum elegiſſe? Quis memorat, cujus generis conſilia eſſent, quæ petentibus dabat; quis rationes, & media, quibus utebatur ad diſcordes animos componendos; quis refert poſtremo ea omnia facta, & argumenta, quæ eum munera Prædica-

to-

toris, præſertim Conſeſſarii prudentia, doctrina, & Charitate, quæ Sacerdotem Chriſtianum, ſuæque æternæ ſalutis memorem decent, exercuiſſe demonſtrent? Nemo certe, quod noverim. Præterea de carnis mortificatione per jejunia, per cruentas flagellationes, per ciliciorum uſum teſtes loquuntur; at eorum nemo dicit, utrum in his Conſeſſariorum approbatio intervenerit; qui, Servi Dei temperamento, conditione, muneribus, aliiſque hujuſmodi circumſtantiis probè expenſis, cenſuerint, ad vitam æternam, & ad faciendos in Chriſtiana virtute uberiores in diem progreſſus illis mediis opus eidem eſſe; utrum finem ultimum ſupernaturalem in his adhibendis unice ſpectaverit, quibuſque in circumſtantiis iiſdem operam dederit. De viſitatione Infirmorum, de aſſiſtentia præſtita agonizantibus, de eleemoſinis pauperibus erogatis opportunæ occurrunt in Summario, & Elencho teſtificationes: ſed nulla earum eſt, qua elici tutò poſſit; primo Dei Famulum, non temere, non inconſulto, non proprio indulgens genio, ſed ſuis Superioribus, ſuoque Conſeſſario conſultis, illis operibus incubuiſſe; deinde ob finem ſupernaturalem conſequendum, non vero ad vanam gloriam captandam, aliumque hujuſmodi affectum in ſe fovendum eadem opera elegiſſe, atque in illis circumſtantiis iiſdem ſe occupaſſe, in quibus nullum aliud officium impediretur, ad quod ratione ſui ſtatus tenebatur: poſtremo in eleemoſinis erogandis eum ordinem, eamque diligentiam ſervaſſe, quæ neceſſario requiritur, ut probi, & bene morati pauperes mendicantibus validis, ignavis, & otioſis præferantur, utque panis etiam eſurienti tollatur, ſi eum de cibo ſecurum prudenter prævideatur juſtitiam neglecturum. (*a*) Hæc omnia comperta ſint oportet, ut de actuum illorum *moralitate* rectum poſſit judicium efferri. Hæc, ut notavi, latent prorſus: ſerio id perpendant Defenſores præſtantiſſimi, & quo in loco Cauſſa verſetur, intelligant.

15 Sed jam de heroicitate. Inutile eſt quidem de hac quæri; quum de ipſarum actionum *Moralitate* non conſtat: ſed videat Defenſor, videant Poſtulatores, quid ipſis dare velim. Fingo, nullum eſſe dubium, quin actiones omnes V. Dominici a teſtibus relatæ ſint *moraliter* bonæ: at, quum id illis donaverim, quid proderit? Adſont ne aut in Summario, aut in Elencho circumſtantiæ illæ, atque momenta, quibus manifeſto pateat. Ven. Viri virtutes, & geſta communem aliorum juſtorum agendi modum longe exceſſiſſe? (*b*), Ut de Fide loquar, ideo heroicam eam in Ven. Dominico dicunt Cauſſæ Patroni, quia ipſe altiſſima Fidei noſtræ Myſteria credebat, & venerabatur; quia ea, ut cæteri crederent, & venerarentur, crebris hortationibus efficiebat; quia Paſſionem Domini Noſtri Jeſu Chriſti tenerrimo affectu meditabatur, & ad eamdem meditationem alios frequenter excitabat; quia devoto affectu Ven. Euchariſtiæ Sacramentum proſequebatur; & hanc devotionem verbis, & exemplo promovebat; quia Beatiſſimam Virginem, Sanctos, Martyres præſertim veneratione, & cultu proſequebatur; ac ſibi demereri jejuniis, & piis operibus contendebat, & ad

B eam

(*a*) Nam inquiebat S. Auguſtinus *epiſt. 93.*, *alias 48.* = *Utilius eſurienti panis tollitur, ſi de cibo ſecurus juſtitiam negligat, quam eſurienti panis frangitur, ut injuſtitiæ ſeductus acquieſcat.*

(*b*) Nam e[illegible] Virtutum heroicitate quæſtio inſtituitur, [illegible] Te eſt, ut Cauſſæ Patroni recordentur, virtutem heroicam non eſſentia, atque natura a communi, vulgarique virtute differre, ſed tantum, *ſecundum perfectiorem modum in quantum ſcilicet aliquis eſt diſpoſitus ad bonum quodam altiori modo, quam communiter omnibus competat* = S. *Thomas 3. part. quæſt. 1. art. 2.*

eam rem alios excitabat; quia propagationis, & exaltationis Fidei deſiderio ardebat, non modo paratus pro ea mori, sed optans etiam, & exclamando flagitans cruciatus, & patibula; quia denique alios ſæpiſſimè, ac diligentiſſimè inſtruebat, & ſingulari quadam ſcientia difficillima Fidei Myſteria explicabat *(a)*. At magna opus eſt confidentia, ut hæc virtutem juſtis omnibus, præſertim piis Religioſis, & Sacerdotibus communem excedere prædicentur. Juſtorum enim nemo eſt, pius Religioſus, & Sacerdos eſt nullus, qui actionibus illis Fidem ſuam interius latentem non continuò prodat, ac manifeſtet, ſique eorum aliqua nequeat factis complere, paratus ſaltem animo non ſit illa facere, ſi opportuna occaſio ſeſe ipſi obtulerit. Fateor, ex laudatis actibus habitum Fidei heroicæ cognoſci; ſed tunc ſolummodo id contingit, quum eorum *ſuppetit frequentia, facilitas, promptitudo, & delectatio eos comitantur, & quum ex circumſtantiis, in quibus prodierunt, aliquid arduum, & excellens adfuerit, quod admirationem conciliet* *(b)*. Cum igitur de his omnibus momentis, & circumſtantiis afferendis nullum ſibi negotium Cauſſæ Patroni dederint, ac ſi de hiſtorica tantum actuum expoſitione, non vero de eorum heroicitate, ſeu excellentia quæſtio haberetur; fruſtra in ſuo illo actuum Elencho ad rem, & ad effectum, de quo agimus, inſiſtunt.

16 Idem judicium eſto de his actibus, quibus reliquarum Virtutum Theologalium, Spei ſcilicet, & Charitatis cùm erga Deum, tùm erga Proximum; nec non Cardinalium Virtutum, Prudentiæ ſcilicet, Juſtitiæ, Fortitudinis, Temperantiæ, atque Obſervantiæ Regularis, triumque Votorum Paupertatis, Caſtitatis, Obedientiæ heroicitatem comprobare adnituntur. Nam, præter materialem quorumdam actuum narrationem ad eas virtutes ſingulas pertinentes, nihil ultra in Elencho notatum occurrit de iis, quæ, auctore Benedicto XIV., *(c)* advertenda omnino ſunt, atque notanda ad judicium de earum heroicitate recte pronunciandum. Atque hoc neceſſe eſt, ut AA. PP. cùm in hac, tùm in omnibus Cauſſis hujuſmodi diligenter expendant, ut gliſcenti in dies abuſui remedio aliquo finis ſit tandem impoſitus; nimirum, utrum harum Cauſſarum Patronis liceat Virtutes Servorum Dei heroicas propugnare una hiſtorica expoſitione allata actuum ſingulis Virtutibus ſpectantium, quin ullam ſibi dent ſollicitudinem omnes illas rationes, argumenta, & ſigna diligenter afferendi, quorum ope tantum Virtutum heroicitas poteſt demonſtrari. Quum per numerum, per naturam circumſtantiarum alicujus actus nullum eſt dubium, quin actus ille prompte, facile, alacriter, jucunde factus ita fuerit, ut agens communem operandi proborum modum in eo exceſſerit, tunc, ſi de his plures in unaquaque Virtute præſto ſint, quærere refert, utrum hujus, vel illius Dei Famuli Theologales, & Cardinales Virtutes heroicæ ſint nec ne dicendæ: ſed quum propter defectum argumentorum, & rationum opportunarum incertum eſt, cujus indolis ſint actus a Servo Dei exerciti, quum, uno verbo, omnia ea deſiderantur momenta, quibus Chriſtiana actuum humanorum heroicitas conſtat; inutile prorſus, imo etiam ridiculum eſt ultra progredi in Cauſſa.

17 Verum, non modo allati in Elencho actus heroicis qualitatibus ſunt deſtituti; ſed etiam pauci adeo ſunt numero, ut illam vitæ excellentiam, illumque Virtutum habitum, qui in Canonizandis requiritur, nequeant prorſus con-

(a) *Elench. tit. 1. part. 1.*

(b) *Benedictus XIV. lib. 3. cap. 23. §. 1. num. 4.*

(c) *Lib. 3. cap. 23. §. 2. num. 16., §. 3. num. 24., & 25., §. 4. num. 34., cap. 24. §. 1. num. 7., & 8., §. 2. 3. 4. cap. 35. num. 5. & seqq.*

conſtituere. Et sane, ſi ex Elencho actus illi tollantur, qui pluribus Virtutibus sunt communes, ii, qui superſunt, ad unamquamlibet Virtutem ſpectantes, sunt certe pauciſſimi. Noverunt id Defenſores perſpicaciſſimi, intellexerunt etiam, niſi hic nodus diſſolveretur, Cauſſam eſſe deſperatam: itaque, ut Cauſſa undecumque laborans aliquo fundamento, ſaltem in ſpeciem; inniti videretur; cum Miraculorum, quæ Ven. Dominico impetrante ſequuta a Teſtibus dicebantur, recordatione, tum genericarum eorumdem Teſtium depoſitionum frequenti recitatione, actuum paucitatem ſupplendam curarunt. Nimii eſſemus, ſi omnia Elenchi loca, in quibus hæc notanda occurrunt, proſequi hic vellemus. Sufficiat ergo Elenchi titulos recolere de Fide, de Spe, de Prudentia, de Juſtitia, de Fortitudine, de Regulari Obſervantia, de Caſtitate, de Obedientia. Quod ſi *jure, & ad effectum, de quo agitur pauci actus, licet heroici, non ſufficiunt* (*a*); quid, rogo, noſtro in caſu dicendum, in quo actus & pauciſſimi ſunt numero, & qualitate heroica deſtituuntur?

18 Quamquam, etſi fingam, quas hactenus protuli, difficultates poſſe a Defenſoribus ſummoveri; non propterea melior Cauſſa evadet. Nam, quis Teſtium unquam narravit, qua cordis demiſſione, & obedientia Ven. Dominicus ſe geſſerit erga viſibile Catholicæ Eccleſiæ Caput Romanum Pontificem in omnibus, quæ pertinent ad credendum, & operandum propter æternam ſalutem? Quis dicit de ejus erga Defunctorum animas in Purgatorio degentes pietate? Quis innuit, utrum in eo fuerint Dona Spiritus Sancti, donum ſcilicet Sapientiæ, Intellectus, Conſilii, Fortitudinis, Scientiæ, Pietatis, Timoris Dei, quæ in gradu ſaltem aliquo neceſſaria sunt homini ad ſalutem (*b*), quæque ſemper Charitatem comitantur, (*c*) excellentiori in gradu, quam cæteris in juſtis notantur? Ne unus quidem: nullum in Summario, nullum in Elencho factum, argumentumque occurrit, quo ea adſtruantur, ac illuſtrentur. Præterea non conſtat, qua frequentia, quo pio devotionis affectu ad Pænitentiæ Sacramentum acceſſerit, immo, num unquam eodem ante poſtremam ægritudinem uſus fuerit, ex Summario nequit decerni. Tantum eſt in utriſque probationum tabulis hac de re ſilentium. Non conſtat etiam, habuerit nec ne, ſaltem in præparatione animi, eas omnes Virtutes morales, in quibus aut ſtatus, aut aliarum circumſtantiarum cauſa non poterat actu ſe exercere. Jam vero hæc omnia neceſſario ſunt factis, opportuniſque argumentis comprobanda, quum de Virtutum heroicitate quæſtio agitur. (*d*) Nemo enim, qui Sacram Theologiam vel ſummatim noverit, quique ab noſtrorum Judiciorum religione non ſit prorſus alienus, heroicis Virtutibus præditum illum dixerit, de quo ea omnia latent.

19 Ad hæc addendum, non probari a Defenſoribus Servi Dei obitum illuſtrem, & ſanctimonia plenum, uti requirunt notiſſima Urbani Papæ VIII. Generalia Decreta. Nam quod ægritudinis incommoda patienter ſubſtinuerit, quod Eccleſiæ Sacramenta devote ſuſceperit, quod ſe magnum peccatorem ſæpius dixerit, non ſunt hujuſmodi actus, quibus ea heroicitas contineatur, quæ illuſtrem, & ſanctimonia plenum facit obitum Servorum Dei. Si actus illi tales ſunt dicendi, non video, cur cujuſlibet pii, beneque morati Religioſi obitus eo nomine non ſit celebrandus. Affert Defenſor nonnullos

[a] *Benedictus XIV. lib. 3. cap. 21. num. 2.*

(b) *S. Thomas 1. 2. quæſt. 68. art. 2., ſecunda ſecundæ quæſt. 45. art. 5.*

(c) *Roſignoglius de Diſciplin. Chriſtian. perfect. lib. 3. cap. 2.*, & paſſim Theologi.

[d] *Benedictus XIV. lib. 3. cap. 21. n. 15., cap. 22. num. 1., cap. 23. §. 1. num. 4. §. 2., num. 20. §. 3. num. 25., cap. 24. §. 1. n. 7. §. 3. num. 32., cap. 27. num. 1.*

alios Chriſtianarum Virtutum actus, ut Ven. Dominici obitum illuſtret; ſed perperam. Nam *primo* actus illi non referuntur a Religioſis Viris examinatis in Proceſſu Informativo anni 1694., ſed tantum a Teſtibus Sæcularibus, & ſingularibus: deinde vero qualitatibus heroicis carent ita, ut communem piorum hominum agendi rationem, in illis præſertim circumſtantiis, minime excedant. Unum ſupereſt notandum, quod graviſſimam in ſuspicionem universam vitæ ſeriem Ven. Viri, ejusque obitum adducit; nimirum duos illos teſtes Servi Dei Contubernales, qui in Informativo Proceſſu anni 1694. ſunt ordine X., & XIV., de circumſtantiis obitus ejusdem ne muſſitare quidem, nullumque ex ſuis Conſodalibus toto ægritudinis decurſu ad ejus lectum adfuiſſe. Quis enim unquam credat, aut duos Religioſos Teſtes circumſtantias obitus Servi Dei ſilentio tacitos præterire voluiſſe, ſi revera illuſtres fuiſſent, & ſanctimonia plenæ? aut Cœnobii Amalphitani Religioſos Viros poſtrema in illa ægritudine Ven. Viro adeſſe noluiſſe; ſi vera ea omnia fuiſſent, quæ de ejus Sanctitate in vulgum prædicabantur? Siluerunt illi; hi adfuiſſe non leguntur: ſatis hoc eſt, ut concludamus, nihil in Dominici noſtri rebus geſtis, & obitu præclarum, inſigneque occurriſſe, quod Contubernalium ſuorum animos perſtringeret, atque in admirationem raperet. Si autem Contubernales, qui eum ſemper ob oculos habebant, ejusque actiones cæteris melius, commodiusque perſpiciebant, ab ejusdem vitæ tenore, & obitu procul eſſe omnem Sanctitatis, ac heroicitatis ſpeciem cenſuerunt; an cæteris ſæcularibus Teſtibus, qui eadem, qua Contubernales, familiaritate, & conſuetudine non fruebantur, tutum erit de Ven. Viri Virtutum heroicitate prudentem judicaturum inniti? Id ſerio conſiderent PP. AA. Interea non ego miror, tamdiu hujus Cauſſæ propoſitionem fuiſſe dilatam. Eatenus cunctandum erat, donec, quæ ex parte Contubernalium Servi Dei, circumſiſtebant impedimenta temporis beneficio ſummoverentur. Quum autem poſtea Poſtulatores vidiſſent, ea temporis beneficio ſublata eſſe impedimenta, quibus ante detinebantur, tunc Teſtibus probe inſtructis de iis, quæ deponere debebant, in mentem venit rei periculum facere.

20 Quæ hactenus ſunt diſputata, cùm de Probationum imbecillitate, tùm de *Relevantiæ* defectu, certiores nos faciunt; ſed hæc augetur certitudo, ſi quædam conſideremus a Teſtibus fuiſſe relata, quæ ab Virtutis ſpecie longe abfuiſſe AA. Patribus viſa ſunt. Siquidem contra religionem S. Sedi Apoſtolicæ debitam, & humilitatem Ven. Dominicum peccaſſe Suffragatores plurimi cenſuerunt, quum B. Bonaventuræ a Potentia reſpondit = *Se toccaſſe a me canonizare, oh quanto ſarei rigoroſo nell' eſame! Se foſſe per queſto la Chieſa di Dio mi potria fare da mò una Statua d' oro, o d' argento: mentre li giorni addietro una donna, che pativa fluſſi di sangue, toccandomi l' abito, guarì* = (a). Nam certe, ſi quid Itali ſermonis proprietatem intelligimus, primum illud dicere nequiviſſet, niſi putaſſet; eam ab Sede Apoſtolica in Canonizationis negotio non adhiberi diligentiam & curam, quam ipſe adhibiturus fuiſſet, ſi eum negocium ad ſe pertineret; alterum vero non pronunciaſſet, ſi Chriſtianæ Humilitatis ſincerus cultor fuiſſet, quæ abſque neceſſitate, ut in caſu factum eſt, ſuperna Chariſmata patefacere vetat. Dicunt Cauſſæ Patroni, nedum vanæ gloriæ, aut jactantiæ, ſed imo præclarum humilitatis argumentum præbere Servi Dei reſponſionem, utpote quæ inſtituta ad eludendam exiſtimationem ſui ratione Miraculorum, quæ de ſe prædicabantur, a B. Bonaventura conceptam (b). At

(a) *Super. Animadv.* §. 44. *& ſeqq.* (b) *Reſp. pag.*

Digitized by Google

At, quæro, cujusmodi fuit B. Bonaventuræ interrogatio; *generalis* ne, an *specialis*, & *individua*? Non alia certe, quam *generalis*. Si vero hujusmodi, quo jure, quave ductus ratione pio, & candido discipulo *generaliter*, & non *individue* loquenti Girardellius reſpondere potuit = *Se foſſe per queſto la Chieſa di Dio mi potria fare fino da mò una Statua d'oro o d'argento; mentre li giorni addietro una donna, che pativa di fluſſi di sangue, toccandomi l'abito, guari* =? Interroganti in genere, cur ſemetipsum in exemplum præbuit? Quamquam B. Bonaventura de Servi Dei aſſertis Miraculis loqui intenderet; tamen nec verbo mentem hanc suam eo in sermone aperuerat. Videant igitur, qui aſſerunt, Ven. Dominicum ea occaſione humilitatis causa ad semetipsum sermonem convertiſſe, nonniſi ad Cauſſæ commodum, opportunitatemque in hoc poſſe inſiſtere.

21 Sed nec probare potuerunt PP. Sapientiſſimi, quod Dei Famulus Monialium, & aliarum fæminarum regimini suo commiſſarum illuſiones, & indecora somnia suo ore, suoque explicito aſſensu confirmaverit, perinde ac ſi vere, & prodigiose ea fierent, quæ fæminæ illæ ſibi videbantur videre *(a)*. Quid his Defensores? Si mulierum somniantium, inquiunt, narrationes non respuit; non ideo culpandus eſt Dei Famulus; cum novum non ſit, Deum, vel ejus Angelos in somniis apparere, & loqui *(b)*. At primo cordatum neminem latet, quanti ponderis ſit facienda muliebris phantaſia, quarum somnia per noctem non aliud ut plurimum sunt, quam deliria diurna. Deinde Divinæ apparitiones in somniis non tam facile in Scripturis Sacris occurrunt, ſi paucas quasdam majoris momenti excipias, & magnis Myſteriis redundantes; bene autem contra in iisdem legimus, vetitum observare somnia, & deteſtabiles eſſe Deo, qui somniis fidem præſtant. *(c)* Itaque nemo non percipit, quale judicium ſit ferendum de homine, quæ fæmellis ridicula, & indecora somnia narrantibus non pudet respondere = *Ah! che bel sonno! Ah! che dolce dormire! Non è vero? non ti volevi svegliare? Mi ai viſto? Quante volte ti ho detto, che t'acquieti* = *(d)*. Nonne homo ſic loquens se fæminis imbecilliorem præbet? Nonne superſtitioſior bubulco, qui fæminarum superſtitionem magis, ac magis fovet, & blanditur? Quo attentius hæc conſidero, eo clarius video, Dei Famulum communes etiam Prudentiæ leges prætergreſſum. Nam, ut inquit Eccleſiaſticus = *SOMNIA EXTOLLUNT INPRUDENTES......& niſi ab Altiſſimo fuerit emiſſa viſitatio, ne dederis in illis cor tuum: multos enim errare fecerunt somnia, & exciderunt sperantes in illis* = *(e)*. Forte Defensores contendent, *ab Altiſſimo* illis in caſibus *fuiſſe emiſſam viſitationem*. Sed quibus ipſi rationibus id demonſtrabunt? Quomodo saltem oſtendent, Ven. Virum eam curam, & diligentiam adhibuiſſe ad judicium hujusmodi neceſsariam, quem nullo præmiſſo examine, proculque ab omni tergiversatione illis fæminarum somniis se subscripſiſſe conſtat.

22 Narrat Teſtis Apoſtolicus ordine XXVII., quod = *una volta eſſendo ora di mangiare, e non trovandoſi il detto Padre Domenico, furono mandate molte persone in giro per detto luogo di Gaudano ... per ritrovarlo, fra quali vi fui anch'io, ed in effetti mi riuscì di trovarlo in una grotta.... ed ivi mezzo ignudo viddi con miei proprj occhj, che ſi disciplinava a sangue così gagliardamente, che eſſendo andato io poi dopo in detta grotta, viddi*

 al-

(a) Super. Animadv. §.47. *& seqq.*
(b) Resp. pag 68. §. 69.
(c) Levitic. cap. 19. *ver.* 26., *Deuter.* 18. *verſ.* 10., *Eccleſiaſtici* 34. *& alibi*.
(d) Summar. pag. 174. §.5., *&* 6., *pag.* 153. §.1., *&* 2.
(e) Cap. 34. *verſ.* 1. 6., *&* 7.

c'erano pietre, che erano aſperſe di sangue ... e dubitando con pena il ti-more mi ritirava pian piano indietro, ma accortoſene il detto Padre Domenico, che era ſtato da me veduto, mi chiamò, e mi diſſe, che non diceſſi detto niente a neſſuno sotto pena di scomunica (a). Factum hoc cum conſidero, jure reprehendendus maxime Dei Servus mihi videtur. Etenim, ut omnes norunt, qui Canonici Juris sunt periti, ad ferendas Censuras satis non eſt poteſtas remittendi, & retinendi peccata in Tribunali Pœnitentiæ, sed requiritur omnino poteſtas jurisdictionis in Foro Eccleſiæ externo, quam non alii exercent, præter quam ii, qui Judicis munere in Eccleſia legitime funguntur. Cur igitur Dei Famulus sub pœna excommunicationis teſti vetuit, ne de visa ab se cruenta flagellatione loqueretur? An quia illius facti manifeſtatio aliqua Eccleſiæ lege eſſet vetita sub ea pœna latæ, vel ferendæ ſententiæ? An quia Dei Famulus jurisdictionem habebat Censuras adversus aliquem dicendi? Neutrum profecto. Aut igitur ita se geſſit Ven. Dominicus, ut erga sui perſonam excellentiorem teſtis conciperet exiſtimationem, & reverentiam; aut ob animi quamdam levitatem; aut quia falsam aliquam de jure ferendi Censuras animo ſententiam fovebat. Horum quodcumque dixeris, cum Chriſtiana virtute componi nequit. Cæterum, etsi eorum nullum de Servo Dei dicendum evinceretur, ſemper tamen eſſet culpandus, quia teſti XXVII. ea Censurarum comminatione occaſionem præbuit credendi, illo jure in eum poſſe animadvertere, quo nullatenus pollebatur.

13 Nec a mendacio Dominicus noſter poteſt excuſari. Recolant hic PP. Sapientiſſimi, quæ narrant teſtes III. XLI., & XVII. Proceſſus Informativi anni 1694.; & pro eorum sapientia videant, utrum decipiamur = *Il Servo di Dio dava un'odore soaviſſimo di Paradiſo, non avendolo mai potuto paragonare ad odore alcuno di queſta terra; ed era tanto eccessivo queſto odore, che molte volte lo sentivo da dentro il Noviziato, e calando poi abbaſſo, trovavo, o che era venuto il detto Servo di Dio, o che ſtava per venire, e dicendogli: oh Padre, che odore è queſto, che mandate? egli riſpondeva: sciocca! io mi ho poſto un pò di nepeta allo ſtomaco; e queſto è l'odore, che voi sentite; ma in fatti non era odore di nepeta, nè d'altri fiori terreni, nè l'ho potuto mai raſſomigliare ad altri odori* = Ita teſtis III., cui adhæret XVII. in hæc verba = *Il suo corpo emanava un'odore soaviſſimo...., ed alle volte gli dicevo; oh! Padre mio, che odore è queſto, che date? E lui mi riſpondeva: figlia, che odore poſſo dare io, che sono un sacco di vermi: e non sai tù di che ſiamo noi impaſtati? E perchè alcune volte per coprire detto dono di Dio lui portava in mano qualche erba odorifera, come nepeta, ruta, menta; mi diceva: queſto è l'odore, che senti, sono queſte erbe; ma l'odore non era quello dell'erbe* (b). Teſtis vero XII. aliud hoc factum refert = *Una mattina dopo detta la Santa Meſſa.... e data a me, e..... mia zia, che eravamo presenti, la meditazione sopra il Santiſſimo Sagramento, e mettendoci tutti trè in orazione, fra l'orare sentimmo prorompere il detto P. Frà Domenico in un grido, come un rumore, come a noi parse, di una sedia di paglia, alla quale ſtava appoggiato, e mirando sott'occhio, viddi detto Padre Domenico, che ſi era levato dall'appoggio di detta Sedia, e ſtava in ginocchioni senza appoggiarſi, recitando a mio giudizio il Pater noſter; e poi ſi alzò finita l'orazione, e ci diſſe: bella cosa, io predico tutto il giorno la pazienza, e poi non la sò esercitare; avete inteso in che impazienza ho dato? e*

noi

(a) *Resp. pag.* 157.

(b) *Vid. Reſp. pag.* 180., & 181.

noi ce ne rideſſimo, e replicandogli: o Padre, che impazienza!..., lui ci replicò: ſono ſtati malinconici, che portano certi dolori, che io ne patiſco, e non ci ho avuto pazienza (a). Hæc laudati teſtes. At quis non videt, quot mendacia in illis circumſtantiis Dei Famulus pronunciaverit, ſi revera odor, qui de ejus corpore exhalabat, supernaturalis erat, ſi revera cum mulieribus orans charitatis æſtu percitus rumorem illum excitavit? Aut negandum, odorem fuiſſe supernaturalem, & rumorem, seu ſtrepitum illum charitatis in ejus corde æſtuantis effectum, aut, ſi negandum hoc non eſt, mendax Dei Servus eſt dicendus, qui olentibus herbis, quas manibus terebat, odorem, & flatibus melancholicis rumorem retulit. Scio, Chriſtianam Humilitatem latebras quærere, non lucem; & bona, quæ agit, niti occultare, non efferre (*b*); atque scio, specie humilitatis mentiri, peccatum eſſe. Nam, ut inquit Auguſtinus; *cum humilitatis causa mentiris, ſi non eras peccator, antequam mentireris, mentiendo efficeris, quod evitaveras; veritas in te non eſt, niſi te ita dixeris peccatorem, ut etiam eſſe cognoscas. Veritas autem ipsa eſt, ut quod eſt dicas; nam quomodo eſt humilitas, ubi regnat falſitas?* (c)

24 Minus quoque sollicitus Dei Servus AA. Patribus visus eſt in Juſtitiæ commutativæ legibus servandis, quæ tantum cuique reddit, quantum ipſi debetur. Teſtem profero in ordine Proceſſus Apoſtolici X. Hic ſiquidem narrat, quod Patri suo = *una volta furono rubate.....molte, e molte lane filate, che qui ſi dicono ſtame per farne le saje, e trè pezze di Saja, e furono tali robbe rubbate dentro la ſteſſa noſtra casa: immediatamente se ne andò il mio Padre a lamentare col Ven. Padre Domenico, ed il medeſimo esortandolo alla pazienza li diſſe: ſtatti quieto, che ci penso io; e dopo due giorni lo chiamò, e li diede certa lana, che era ſtata portata al Servo di Dio ſino al Convento, e li consegnò anche certo denaro dentro una carta, dicendoli, che ſi foſſe quietato del furto, e non ne aveſſe parlato più, e così fece detto mio Padre, non oſtante, che aveſſe perduto molto maggior robba di quel, che l'era ſtata reſtituita* (d). Quo in facto, quum lateat quibus rationibus ductus furem ab integra reſtitutione Dei Servus liberaverit, nonniſi divinando ab læsæ Juſtitiæ commutativæ crimine immunis poterit prædicari.

25 Præterea neque adduci poterant PP. præſtantiſſimi, ut verum crederent, Præſidum suorum interveniente facultate, cùm eleemoſinas ſibi datas ad pauperes sublevandos deposuiſſe nunc apud Moniales, nunc apud Sorores Tertii Ordinis, aliasque personas, tùm eas pro arbitrio diſtribuiſſe, propterea que nihil deliquiſſe contra Caput IV. Regulæ, in quo ea prohibentur. Quantum enim ex una parte certa eſt & ea eleemoſinarum pro arbitrio diſtributio, & earum cuſtodia apud prædictas mulieres, aliosque (*e*); tantum ex altera difficile eſt certò aſſequi, de Præſidum suorum licentia Dei Famulum ea ratione se geſſiſſe. Præterea nec Regulari Observantiæ, nec virtuti Caſtitatis satis cohærere ipſis videbatur, quòd SOLUS peteret domos mulierum, quòd longiores, & frequentiſſimos cum eis sermonem haberet,

ita

(a) *Summar. pag.34 §.100., & seq.*

(b) *Sanctorum virorum eſt, bona, quæ fecerint occultare, ne contingat, eos laqueum elationis incurrere, unde per semetipſam veritas dicit: Attendite, ne juſtitiam veſtram faciatis coram hominibus, ut videamini ab iis. S.Gregorius Magnus lib.18.Moral.cap.18.*

(c) *Serm.181., aliàs 29. de verb. Apoſt.*

(d) *Summ. pag.67.§.33.*

(e) *Summar. pag. 98. §. 92., pag. 101. §. 111., pag. 125. §. 2.*

ita ut inter mulieres vitam fere integram transegiſſe ex actis pateat ; quodque Monialem eum interrogantem, an motus carnis pateretur, maximè cum Confeſſiones audiret, non modo acriter non corripuerit, sed potius fuſo sermone ejus interrogationibus satisfacere curaverit ; (*a*) quippe quia inauditum hujusmodi colloquium inter pœnitentes, mulieres præsertim, & Confeſſarios suspicione non vacat. Poſtremò observabant ; cum Patientiæ virtute minime poſſe conciliari, quæ narrat teſtis XXI. Proceſſus Informativi anni 1694., nimirum, quòd cum ipsa surripuiſſet quoddam Servi Dei linteolum, ſive rudem quamquam, ac vilem tunicam = *egli*, nempe Dei Servus, *ſtrepitò sù queſto ; io per quietare lui .... li diedi un' altro panno ſimile ; e lui .... diſſe : queſto non è il mio ; datemi il mio ; e benchè se lo portò quella sera, ad ogni modo per molti giorni sempre ſtrepitò, dicendo, che quello non era il suo, e che voleva il suo* (*b*).

26 Ad hæc quum Agatha Salati teſtis in Proceſſu Informativo an. 1694. ordine V. Ven. Dominico dixiſſet : = *Padre, chi mi aſſicura, che quello, che fò, ſia bene, ed accetto a Dio? Lui mi correſſe con gran sentimento, e mi disse : tanto è queſto, quanto diffidare delli mezzi laſciati in S. Chiesa per la noſtra salute* (*c*). At sententiam teſtis damnans Ven. Dominicus, inquiebant plures ex doctiſſimis Patribus, nonne subruit fundamentum salutis, quod ſtatuit Apoſtolus, inquiens = *cum metu, & tremore veſtram salutem operamini* = (*d*)? Nonne adversatus eſt Canoni illi Eccleſiaſtici = *Nescit homo utrum amore, an odio dignus ſit* = (*e*)? Inquiunt Cauſſæ Patroni, non ut recitatis Sacræ Scripturæ sententiis adversaretur, sed ne Mulier diffideret de mediis ad æternam salutem ordinatis, ea verba Dei Servum adhibuiſſe : sed inane effugium. Mulier enim, ut ejus verba sonant, non aliud Ven: Viro aperüit, quàm plurimum de se diffidere : id autem idem eſſe, ac diffidere de mediis, quis unquam dixerit? Falsâ igitur saltem sententiâ metuentem, diffidentemque mulierem roborare curavit, quod certè virtutem Chriſtianam non redolet. Narratur in Summario hiſtoria resurrectionis, ut ajunt, Matthæi Anaſtaſio, *il quale morto, che fù, ed uscita l' anima dal suo Corpo, subito la presero i Demonj*, omnesque circumſtantes, & ipse Ven. Dominicus crediderunt, eumdem Matthæum verè fuiſſe mortuum, damnatum, & tandem vitæ huic redditum (*f*). Ad hoc, non dico, insulsum, & ridiculum eſſe iterum in scenam trahere fabellas de animabus Trajani, & Falconillæ ab inferis liberatis, illo precibus S. Gregorii, hac precibus S. Theclæ : unum quæro ab Defensoribus, utrum nimirum, cum *certum ſit trahi ad Deum poſt mortem non poſſe, qui se a Deo, male vivendo, separavit, atque secus sentire eſſe hæreticum* (*g*) ; ignorantia Dogmatis de impoſſibili damnatorum regreſſu ab inferis Ven: Dominicum a culpa excuset, Dominicum, inquam, Sacerdotem Dogmata Fidei alios docentem, ſincerosque indigitantem fontes veræ, solidæque pietatis : excusari enim non poſſe, fuit AA. Patrum sententia,

27 Sed graviſſimam tandem aggrediamur difficultatem de sceleribus male morati, proscriptique hominis ab Servo Dei manifeſtatis, poſtquam ſibi sub Sigillo Sacramentali innotuerant. Quomodo factum hoc se habuerit, notatum jam fuit in superioribus Animadverſionibus (*b*) inutile itaque eſt, illud hic iterum proponere. Quid autem ad eum Cauſſæ Patroni? Suſtinent, ac pro-

(*a*) *Super. Animadv.* § 50., & 51.
(*b*) *Summ. pag.* 24. §. 31.
(*c*) *Summ. pag.* 59. § 28.
(*d*) *Philip. cap.* 2. *vers.* 12.
(*e*) *Cap.* 9. *vers.* 1.
(*f*) *Summ. pag.* 40.
(*g*) *S. Gregorius epiſt.* 15. *l.* 7.
(*b*) §. 56., & 57.

propugnant, *ſceleſtum illum hominem ad pænitentiam converſum*, *& divulgaſſe per ſe*, *& facultatem Ven. Dominico feciſſe divulgandi crimina ab ſe patrata*, *quæ magna ex parte publica erant*, *addito etiam ſcelere, quod in itinere ad Monaſterium Cavæ committere parabat* (*a*). Sed regero primum: Dei Famulus, de quo heroica Charitas erga Proximum a Cauſſæ Patronis præſumitur demonſtrata; nonne ad vitandum ſcandalum debuiſſet etiam, ſe de proſcripti illius hominis ſceleribus loquentem audientes monere, de licentia pœnitentis ejus ſecreta pandere, & flagitia revelare? Utique. Poſita enim actione etiam licita, dummodo per eam ſcandalum puſillis poſſit obvenire, colligimus ex Apoſtolo, (*b*) nos teneri inſtruere, & docere infirmos illos de ſumma rei, ejusque veritate: alibquin ab opere etiam licito, ut ſcandalum vitetur, eſſe abſtinendum, Theologorum nemo inficiabitur. At cautionem hanc adhibuiſſe, nullibi legitur. Deinde animadverto, licentiam Pœnitentis a Defenſoribus quidem præſumi, ſed nullo pacto probari. Ajunt ipſi, juxta notiſſimam Juris Regulam, *quod fieri conſuevit*, *factum præſumi* (*c*). Verum nemo non percipit, gravisſimam hanc difficultatem non præſumptionibus, aut conjecturis eſſe eliminandam, ſed factis, iisque certiſſimis in medium allatis. Poſtremò illud, quod *res ipſa*, *eodem Bannito poſt pænitentiam palam enunciante*, *publica evaſerit*, non aliud id eſt, quod benignum teſtis Apoſtolici XVII. ſuppoſitum (*d*), cui certe eſt omninò præferendum dictum non ambiguum teſtis V. Informativi Proceſſus anni 1694., quo apertè teſtatus eſt, factum omne ad proſcriptum illum hominem ſpectans ſe ſciviſſe *per bocca d' eſſo P. Frà Domenico* (*e*). Saltem implexiſſimum eſt, & ſalebroſum, propter teſtium diſcrepantiam, & potiorum circumſtantiarum ſilentium, decernere, quonam pacto, & via, publica primum evaſcrint proſcripti hominis ſcelera ſub Sacramentali Sigillo Ven: Viro manifeſtata: id ſatis eſt, ne Defenſoribus certò aſſerentibus *rem ipſam*, *eodem Bannito poſt pænitentiam palam enunciante publicam evaſiſſe*, acquieſcamus; utque onus ipſis imponamus, factis, rationibusque ex facto depromptis demonſtrare, aut Bannitum ipſum poſt pænitentiam ſua ſcelera primum omnium palam enunciaſſe; aut, ſi primò id Ven. Dominicus fecit, opportunâ Pænitentis licentiâ interveniente feciſſe, deque eadem ad ſcandalum audientium vitandum ipſos monuiſſe. Niſi id præſtent, hæc una difficultas ſatis eſt ad Cauſſæ curſum intercipiendum.

Quæ dicta ſint ſub cenſura &c. ſalvo ſemper &c.

Carolus Erskine S. Fidei Promotor.

(*a*) *Reſp. pag.* 88. §. 85., *& ſeqq.*
(*b*) *Epiſt.* 1. *ad Cor. cap.* 8.
(*c*) *Reſp. pag.* 90. *circa med.*
(*d*) *Super. Animadv.* §. 57.
(*e*) *Summ. pag.* 99. §. 10.

Digitized by Google

AMALPHITANA

Beatificationis, & Canonizationis

VEN. SERVI DEI

P. DOMINICI GIRARDELLI A MURO

Sacerdotis Profeſſi Ordinis Minorum Conventualium Sancti Franciſci.

RESPONSIO

AD NOVAS

ANIMADVERSIONES

R. P. FIDEI PROMOTORIS

SUPER DUBIO

An conſtet de Virtutibus Theologalibus Fide, Spe, & Charitate in Deum, & Proximum; & de Cardinalibus Prudentia, Juſtitia, Fortitudine, ac Temperantia, earumque adnexis in gradu heroico in caſu, & ad effectum, de quo agitur?

BEATISSIME PATER.

1 Quod olim prænunciaverat VEN. DOMINICUS GIRARDELLUS A MURO, *inter Cælites Bonaventuram a Potentia eſſe referendum*, id a Te, *Pie Pontifex Maxime*, pro tua graviſſima prudentia, & auctoritate jam pridem factum universus Ordo Minorum Conventualium S. Francisci, qui utroque hoc Alumno gaudet, æterna grati animi memoria recolit, ſibique ducit maximè glorioſum. Supereſt jam, ut locupletiſſimum teſtimonium, quod *Beatus Bonaventura a Potentia*, olim in hac Causa juratus, de heroica Sanctitate Ven. Dominici Girardelli exhibuit, Tute ipse, *Princeps Sacratiſſime*, immutabili tuo judicio confirmes: quod idem Ordo Minorum Conventualium supplex orat, atque enixè deprecatur.

2 Profectò qui novas Animadverſiones P.R.Promotoris sedulò perluſtret, qui difficultates in primis Comitiis Antipræparatoriis excitatas perpendat, qui acutiſſimi Cenſoris conatus in hisce argumentis denuò promovendis æquo examine libret, facilè conſentiet, Causam hanc defenſione vix indigere, & ingeniosum Animadversorem egregie quidem pro sui muneris ratione pugnare, sed luce ipsa veritatis contrariæ refelli. Septem mihi bene prolixos paragraphos obiicit, quibus suadere vult, aliquam reperiri poſſe suspicionem fraudis in antiquis Poſtulatoribus, quòd a Sacri hujus Conſeſſus judicio remotam tenuerint *Causam Ven. Dominici, qui exeunte anno 1683. deceſſit*. Ex quo clare perspicitur, leviſſima eſſe alia, quibus causa ipsa impugnatur. Nihil enim eſt in his cauſis frequentius, quam *hujusmodi, & longiores etiam dilationes*, quæ ex qualibet alia potius causa ortæ censentur, quam ex fraude, aut dolo malo Poſtulatorum.

Reſponſio ad §.2. Animadverſionum.

3 Ut autem suspicionis contrariæ vis omnis penitus infringatur, veſtigiis Animadverſionum plane inhærebimus. Quum enim in prima noſtra Responſione non minùs verè, quàm solidè dictum fuiſſet, tum nihil in hac Caussa neceſſarium a Poſtulatoribus fuiſſe prætermiſſum; tum eam, quæ opponebatur, dilationem aliquam ex paupertate Causæ originem duxiſſe; certè suspicio omnis sublata eſſe videbatur. Quid ergo nunc contra affertur? Si id contigit, inquis, ob pecuniarum defectum, quomodo Poſtulatores anno 1742. expensas subire potuerunt ad alterum Proceſſum Informativum conficiendum neceſſarias? agebatur enim de non levi pecuniæ summa. Nemo id non intelligit. Summa pecuniæ non levis ex multis summis levibus fit. Igitur quum multi anni interceſſerint ab anno 1694. (non 1644, ut legitur in Animadverſionibus) ad annum 1742., mirum non eſt, quod ex pecuniis, & eleemoſinis toto eo tempore paulatim collectis pecunia provenerit neceſſaria ad secundum Proceſſum Informativum conficiendum. Neque enim advocandus nobis eſt aliquis arithmetices peritus, qui nos doceat, pecuniæ summam additione alterius summæ fieri majorem. Præterea quis nescit, in hujusmodi Cauſis sæpe accidere, ut poſt longum temporis spatium aliquis tandem vel pecunia, vel ope efficere conetur, quod alii, ad quos ea res antea pertinebat, minime potuerunt? Hujusmodi rationes suspicandi nihil certe obeſſe poſſunt Causæ, optimis alioquin Teſtibus *de Visu* tam in *Apoſtolica*, quàm *in Ordinariis* Proceſſibus, & omnibus aliis neceſſariis præſidiis abundè inſtructæ; neque in ipſis veteribus Poſtulatoribus fraudem, aut dolum adſtruere valent, qui nihil, ad quod tenebantur, omiserunt: præsertim cùm certæ ſint regulæ in Responſione noſtra prima (a) comprobatæ, quod *licet quis diſtulerit per multum tempus agere, non propterea poteſt dici negligens, ſi ei terminus non erat præfixus*; & quod *negligentiam alleganti incumbit onus probandi: non autem probatur negligentia, niſi hæc duo ſimul concurrant, quod quis scilicet potuit facere aliquid, & obligatus non fecit*; ac demum, quod *ex sola mora fraus, dolusve malus non arguitur*. Accedit, Poſtulatores disertè in omnibus Actis, uti solet, proteſtari, se non obligari ad *onus superfluæ probationis*.

4 Quod autem suspicio contra Poſtulatores augeatur, quia in primo Proceſſu Informativo *vix unus, aut alter* occurrat Servi Dei Contubernalis, nullus

(a) Pag. 4. §. 4.

ſus vero Confeſſarius; id & ratione, & facto ipso refellitur. Nam ad Confeſſarios quod attinet, non quidem defendam Poſtulatores auctoritate Gerſonii, & aliorum, qui eos in his Cauſis audiri nolunt, sed utar verbis Benedicti Pontificis XIV., qui conceptis verbis ait *(a)*, *quod tum antiquis, tum recentibus temporibus plures Cauſæ favorabilem exitum habuerunt, in quibus Confeſſarii examinati non fuerunt, & in quibus ipse tanquam Fidei Promotor defectum examinis eorum totis viribus opposui*. Multo vero minus culpandi sunt Poſtulatores, qui inter discrepantes sententias ante Benedicti XIV. Opus immortale Proceſſum conficiendum curarunt, nullo in Teſtem evocato, quem conſtet fuisse Confeſſarium. Eoque etiam magis, quia non de Servo Dei agitur, cujus plures, & difficiles Viſiones ſint proponendæ, aut perpetua vitæ innocentia demonſtranda, ubi Confeſſariorum atteſtationes fortaſſe deſiderari possent.

5 Ex facto verò ipso præclarè fides Poſtulatorum vindicatur. Etenim in examen vocarunt *quatuor* ex Contubernalibus Servi Dei: nimirum Teſtem VIII. *Beatum Bonaventuram a Potentia*, unum pro millibus, qui octo ferè annos cum Ven. Dominico convixit, & sub ejus schola ac disciplina ad sublimem Sanctitatis gradum devenit, Altarium honoribus jam decoratus; Teſtem IX. *Thomam Salati*, qui etiam ante Religionis ingreſſum agnoverat Servum Dei; Teſtem X. *Michaelem Ferrigni*, qui ejusdem Servi Dei Superior fuit, & longo temporis spatio cum eo eſt in eodem Conventu commoratus; ac poſtremò Teſtem XIV. *Fratrem Antonium Cendo*, qui annos quinque Ven. Dominico usus eſt Confeſſario. Quæ omnia in demonſtratione Virtutis heroicæ oſtendimus *(b)*. Hic numerus Teſtium domeſticorum neque suspicionem ingerit, quaſi ex ejusdem Ordinis Teſtibus potiſſimum Sanctitas Servi Dei probetur, quod multis in cauſſis obiici solet, & aliunde idoneus eſt ad exactam vitæ Regularis disciplinam confirmandam. Cur autem plures non fuerint vocati, iterum atque iterum responderi posset, quia *plures non erant neceſſarii*.

6 At verò eximia Poſtulatorum diligentia effecit, ut ex re ipsa contraria suspicio diluatur. In Summario Additionali num. 1, exhibetur Catalogus eorum omnium, qui in Conventu Amalphitano cum Ven. P. Dominico convixerunt, Vicarii Generalis auctoritate & subscriptione munitus. Inde conſtat, anno 1694. (quum primus Informativus Proceſſus eſt confectus) *quinque tantum* in Conventu Amalphitano *de Familia*, ut ajunt, fuiſſe ex iis, qui vivente Servo Dei in eodem fuerant commorati; videlicet *P. Michaelem Ferrigni* Amalphitanum, *P. Bonaventuram a Potentia* (nunc Beatum), *P. Antonium Salati* Amalphitanum, *Fratrem Antonium ab Amalphi*, cognomine gentilitio *Cendo*, *P. Antonium a Piescopagano*. Vocati verò sunt in examen *quatuor illi primi*, & solus prætermiſſus eſt P. Antonius a Piescopagano. Cur autem hic præteritus eſt, ad rationem illam primam, quia numerus quatuor Religiosorum Consodalium satis, superque erat, adjungebatur alia ratio, quod P. Antonius a Piescopagano *brevi spatio duorum menſium, aut paulo amplius* cum Ven. Dominico fuerat commoratus, ut ex eodem Catalogo manifeſtum redditur. Quid quod aderat ratio, cur is ne vocari quidem potuerit? nam anno 1694. idem P. Antonius a Piescopagano (latine *Petrapagana*) Poſtulator erat, & Pro-

(a) Lib. 1. de Beatif. cap. 7. num. 8. (b) Parte I. titulo III. pag. 18. & seq.

ro illas, quas fecerant inOrdinariâ Inquiſitione, itaut una, eademque perſona ſit teſtis inſimul, atque ſibimetipſi conteſtis. Hoc autem potiſſimum contingere animadverti inElencho actuum specialium *part. 2. tit. 1. Act. 1., 2., 3., 4., 6., & 7., tit. 2. Act. 1., & 3. tit. 3. Act. 1.2.5.7.8., tit. 4. Act. 1.4.5.7.8.9., & alibi*. Quid ergo ex his sequitur? Quod nimirum noſtro in casu prudens Judex nequeat tutò decernere cùm quinam virtutum actus ad poſtremum vitæ Servi Dei Decennium ſint refendi, tùm agatur nec neCauſſa innocentis hominis, vel pænitentis. Sequitur etiam, de plurium virtutum speciebus conſtare non poſſe, propter legitimæ probationis defectum. Quum autem in quæſtionibus, quæ per teſtes sunt definiendæ, teſtes ipſi deſiderantur, qui apti, & idonei ſint ad id probandum, quod quæritur, Cauſſa omnis hæreat neceſſe eſt.

13 Quod ſi tamen & ipsas Virtutes, ut in Elencho a Defenſoribus sunt propoſitæ, expendere libeat, facile eſt oſtendere, eam omnino in iisdem deſiderari heroicitatem, quæ hujusmodi in judiciis requiritur. Ac primo quidem quæro ab Defenſoribus, quid ea omnia proſint, quæ teſtes memoraut; & ipſi in Elencho huic, illive virtuti opportune aptant de Servi Dei curâ in Civium discordiis sedandis, & amicitiis inimicorum conciliandis; de ejus in Confeſſionibus audiendis aſſiduitate; de piis, rectisque conſiliis, quibus plurimos juvit; de electione ſtatus Religioſi; de jejuniis; de cruentis, & repetitis verberationibus; de usu ciliciorum; de peccatoribus frequenter ad pænitentiam quæſitis; de cura erga ægrotantes, & in poſtremo vitæ articulo conſtitutos; de eleemoſinis pauperibus erogatis; de frequentiſſimis colloquiis, aut super æternâ vitâ, aut aliis super rebus spiritualibus ab eo inſtitutis; de verbi Dei prædicatione, deque aliis hujusmodi? Mirabuntur fortaſſe Defenſores, me ita ipsos interrogare? At prudens quisqne potius mirabitur, eos in his cauſſis agendis, in quibus non aliud judicium agitur, præter quam de actuum humanorum *moralitate*, & heroicitate, illa omnia negligere, quibus *moralitas*, & heroicitas illa continetur. Nullus actus humanus *moraliter* bonus eſt, aut dici poteſt, niſi hujusmodi ſit *ex integra causa* ut loquuntur; ex objecto nimirum, fine, & circumſtantiis. Itaque, ſi defectus ſit ex parte objecti, aut finis, aut circumſtantiarum; ſi nempe aut finis ab agente intentus non ſit rectus; aut objectum, quod voluntas eligit, ſit per se malum, aut aliquæ circumſtantiæ inter agendum omittantur, quæ morum regulis præcipiuntur, vel aliquæ actui aſſocientur, quæ iisdem regulis vetantur, de moralis actus bonitate judicium omne ereptum ſit oportet. Hinc Pharisæorum largitiones, jejunia, totaque vitæ auſteritas non erant actiones *moraliter bonæ*, quamvis *materialiter*, seu ex objecto rectæ rationi conformes viderentur; quoniam non ex propoſito rectæ rationi obsequendi, sed ex faſtu, & opinione meriti tamquam ex fonte promanabant. Hæc inter omnes, etiam inferioris subsellii, Theologos conſtant.

14 Ad hanc modo regulam Servi Dei actiones, quas notavimus, Defenſores conferant. Profecto non aliud in iisdem invenient, quam series actuum, qui ex uno objecto, seu *materialiter* suam moralem bonitatem derivant; ex fine vero, & ex circumſtantiis, *moraliter* bonos eos eſſe dicendos, non item conſtat. Ubinam enim preſto ea sunt ſigna, & argumenta, quibus pateat, ex fine, & circumſtantiis Dei Famulum Chriſtiana prudentia ductum Religiosum inter Minores Conventuales ſtatum elegiſſe? Quis memorat, cujus generis conſilia eſſent, quæ petentibus dabat; quis rationes, & media, quibus utebatur ad discordes animos componendos; quis refert poſtremo ea omnia facta, & argumenta, quæ eum munera Prædica-

to-

Digitized by Google

toris, præſertim Confeſſarii prudentia, doctrina, & Charitate, quæ Sacerdotem Chriſtianum, ſuæque æternæ ſalutis memorem decent, exercuiſſe demonſtrent? Nemo certe, quod noverim. Præterea de carnis mortificatione per jejunia, per cruentas flagellationes, per ciliciorum uſum teſtes loquuntur; at eorum nemo dicit, utrum in his Confeſſariorum approbatio intervenerit; qui, Servi Dei temperamento, conditione, muneribus, aliiſque hujuſmodi circumſtantiis probè expenſis, cenſuerint, ad vitam æternam, & ad faciendos in Chriſtiana virtute uberiores in diem progreſſus illis mediis opus eidem eſſe; utrum finem ultimum ſupernaturalem in his adhibendis unice ſpectaverit, quibuſque in circumſtantiis iisdem operam dederit. De viſitatione Infirmorum, de aſſiſtentia præſtita agonizantibus, de eleemoſinis pauperibus erogatis opportunæ occurrunt in Summario, & Elencho teſtificationes: ſed nulla earum eſt, qua elici tutò poſſit; primo Dei Famulum, non temere, non inconſulto, non proprio indulgens genio, ſed ſuis Superioribus, ſuoque Confeſſario conſultis, illis operibus incubuiſſe; deinde ob finem ſupernaturalem conſequendum, non vero ad vanam gloriam captandam, aliumque hujuſmodi affectum in ſe fovendum eadem opera elegiſſe, atque in illis circumſtantiis iisdem ſe occupaſſe, in quibus nullum aliud officium impediretur, ad quod ratione ſui ſtatus tenebatur: poſtremo in eleemoſinis erogandis eum ordinem, eamque diligentiam ſervaſſe, quæ neceſſario requiritur, ut probi, & bene morati pauperes mendicantibus validis, ignavis, & otioſis præferantur, utque panis etiam eſurienti tollatur, ſi eum de cibo ſecurum prudenter prævideatur juſtitiam neglecturum. (*a*) Hæc omnia comperta ſint oportet, ut de actuum illorum *moralitate* rectum poſſit judicium efferri. Hæc, ut notavi, latent prorſus: ſerio id perpendant Defenſores præſtantiſſimi, & quo in loco Cauſſa verſetur, intelligant.

15 Sed jam de heroicitate. Inutile eſt quidem de hac quæri; quum de ipſarum actionum *Moralitate* non conſtat: ſed videat Defenſor, videant Poſtulatores, quid ipſis dare velim. Fingo, nullum eſſe dubium, quin actiones omnes V. Dominici a teſtibus relatæ ſint *moraliter* bonæ: at, quum id illis donaverim, quid proderit? Adſunt ne aut in Summario, aut in Elencho circumſtantiæ illæ, atque momenta, quibus manifeſto pateat. Ven. Viri virtutes, & geſta communem aliorum juſtorum agendi modum longe exceſſiſſe? (*b*), Ut de Fide loquar, ideo heroicam eam in Ven. Dominico dicunt Cauſſæ Patroni, quia ipſe altiſſima Fidei noſtræ Myſteria credebat, & venerabatur; quia ea, ut cæteri crederent, & venerarentur, crebris hortationibus efficiebat; quia Paſſionem Domini Noſtri Jeſu Chriſti tenerrimo affectu meditabatur, & ad eamdem meditationem alios frequenter excitabat; quia devoto affectu Ven. Euchariſtiæ Sacramentum proſequebatur; & hanc devotionem verbis, & exemplo promovebat; quia Beatiſſimam Virginem, Sanctos, Martyres præſertim veneratione, & cultu proſequebatur; ac ſibi demereri jejuniis, & piis operibus contendebat; & ad

 eam

(*a*) Nam inquiebat S. Auguſtinus *epiſt. 93., alias 48. = Utilius eſurienti panis tollitur, ſi de cibo ſecurus juſtitiam negligat, quam eſurienti panis frangitur, ut injuſtitiæ ſeductus acquieſcat.*

(*b* Nam c[illegible] Virtutum heroicitate quæſtio inſtituitur, [illegible]e eſt, ut Cauſſæ Patroni recordentur, virtutem heroicam non eſſentia; atque natura a communi, vulgarique virtute differre, ſed tantum, *ſecundum perfectiorem modum in quantum ſcilicet aliquis eſt diſpoſitus ad bonum quodam altiori modo, quam communiter omnibus competat = S. Thomas 3. part. quæſt. 1. art. 2.*

eam rem alios excitabat; quia propagationis, & exaltationis Fidei deſiderio ardebat, non modo paratus pro ea mori, ſed optans etiam, & exclamando flagitans cruciatus, & patibula; quia denique alios ſæpiſſimè, ac diligentiſſimè inſtruebat, & ſingulari quadam ſcientia difficillima Fidei Myſteria explicabat *(a)*. At magna opus eſt confidentia, ut hæc virtutem juſtis omnibus, præſertim piis Religioſis, & Sacerdotibus communem excedere prædicentur. Juſtorum enim nemo eſt, pius Religioſus, & Sacerdos eſt nullus, qui actionibus illis Fidem ſuam interius latentem non continuò prodat, ac manifeſtet, ſique eorum aliqua nequeat factis complere, paratus ſaltem animo non ſit illa facere, ſi opportuna occaſio ſeſe ipſi obtulerit. Fateor, ex laudatis actibus habitum Fidei heroicæ cognoſci; ſed tunc ſolummodo id contingit, quum eorum *ſuppetit frequentia, facilitas, promptitudo, & delectatio eos comitantur, & quum ex circumſtantiis, in quibus prodierunt, aliquid arduum, & excellens adfuerit, quod admirationem conciliet* *(b)*. Cum igitur de his omnibus momentis, & circumſtantiis afferendis nullum ſibi negotium Cauſſæ Patroni dederint, ac ſi de hiſtorica tantum actuum expoſitione, non vero de eorum heroicitate, ſeu excellentia quæſtio haberetur; fruſtra in ſuo illo actuum Elencho ad rem, & ad effectum, de quo agimus, inſiſtunt.

16 Idem judicium eſto de his actibus, quibus reliquarum Virtutum Theologalium, Spei ſcilicet, & Charitatis cùm erga Deum, tùm erga Proximum; nec non Cardinalium Virtutum, Prudentiæ ſcilicet, Juſtitiæ, Fortitudinis, Temperantiæ, atque Obſervantiæ Regularis, triumque Votorum Paupertatis, Caſtitatis, Obedientiæ heroicitatem comprobare adnituntur. Nam, præter materialem quorumdam actuum narrationem ad eas virtutes ſingulas pertinentes, nihil ultra in Elencho notatum occurrit de iis, quæ, auctore Benedicto XIV., *(c)* advertenda omnino ſunt, atque notanda ad judicium de earum heroicitate rectè pronunciandum. Atque hoc neceſſe eſt, ut AA. PP. cùm in hac, tùm in omnibus Cauſſis hujuſmodi diligenter expendant, ut gliſcenti in dies abuſui remedio aliquo finis ſit tandem impoſitus; nimirum, utrum harum Cauſſarum Patronis liceat Virtutes Servorum Dei heroicas propugnare una hiſtorica expoſitione allata actuum ſingulis Virtutibus ſpectantium, quin ullam ſibi dent ſollicitudinem omnes illas rationes, argumenta, & ſigna diligenter afferendi, quorum ope tantum Virtutum heroicitas poteſt demonſtrari. Quum per numerum, per naturam circumſtantiarum alicujus actus nullum eſt dubium, quin actus ille prompte, facile, alacriter, jucunde factus ita fuerit, ut agens communem operandi proborum modum in eo exceſſerit, tunc, ſi de his plures in unaquaque Virtute præſto ſint, quærere refert, utrum hujus, vel illius Dei Famuli Theologales, & Cardinales Virtutes heroicæ ſint nec ne dicendæ: ſed quum propter defectum argumentorum, & rationum opportunarum incertum eſt, cujus indolis ſint actus a Servo Dei exerciti, quum, uno verbo, omnia ea deſiderantur momenta, quibus Chriſtiana actuum humanorum heroicitas conſtat; inutile prorſus, imo etiam ridiculum eſt ultra progredi in Cauſſa.

17 Verum, non modo allati in Elencho actus heroicis qualitatibus ſunt deſtituti; ſed etiam pauci adeo ſunt numero, ut illam vitæ excellentiam, illumque Virtutum habitum, qui in Canonizandis requiritur, nequeant prorſus con-

(a) *Elench. tit. 1. part. 1.*
(b) *Benedictus XIV. lib. 3. cap. 23. §. 1. num. 4.*
(c) *Lib. 3. cap. 23. §. 2. num. 16., §. 3. num. 24. & 25., §. 4. num. 34., cap. 24. §. 1. num. 7. & 8., §. 2. 3. 4. cap. 35. num. 5. & seqq.*

conſtituere. Et sane, ſi ex Eleucho actus illi tollantur, qui pluribus Virtutibus sunt communes, ii, qui supersunt, ad unamquamlibet Virtutem spectantes, sunt certe pauciſſimi. Noverunt id Defensores perspicaciſſimi, intellexerunt etiam, niſi hic nodus dissolveretur, Cauſſam eſſe desperatam: itaque, ut Cauſſa undecumque laborans aliquo fundamento, saltem in speciem; inniti videretur; cum Miraculorum, quæ Ven. Dominico impetrante sequuta a Teſtibus dicebantur, recordatione, tum genericarum eorumdem Teſtium depoſitionum frequenti recitatione, actuum paucitatem supplendam curarunt. Nimii eſſemus, ſi omnia Elenchi loca, in quibus hæc notanda occurrunt, prosequi hic vellemus. Sufficiat ergo Eleuchi titulos recolere de Fide, de Spe, de Prudentia, de Juſtitia, de Fortitudine, de Regulari Observantia, de Caſtitate, de Obedientia. Quod ſi *jure, & ad effectum, de quo agitur pauci actus, licet heroici, non ſufficiunt* (a); quid, rogo, noſtro in casu dicendum, in quo actus & pauciſſimi sunt numero, & qualitate heroica deſtituuntur?

18 Quamquam, etſi fingam, quas hacteous protuli, difficultates poſſe a Defensoribus summoveri; non propterea melior Cauſſa evadet. Nam, quis Teſtium unquam narravit, qua cordis demiſſione, & obedientia Ven. Dominicus se geſſerit erga viſibile Catholicæ Eccleſiæ Caput Romauum Pontificem in omnibus, quæ pertinent ad credendum, & operandum propter æternam salutem? Quis dicit de ejus erga Defunctorum animas in Purgatorio degentes pietate? Quis innuit, utrum in eo fuerint Dona Spiritus Sancti, donum scilicet Sapientiæ, Intellectus, Conſilii, Fortitudinis, Scientiæ, Pietatis, Timoris Dei, quæ in gradu saltem aliquo neceſſaria sunt homini ad salutem (b), quæque semper Charitatem comitantur, (c) excellentiori in gradu, quam cæteris in juſtis notantur? Ne unus quidem: nullum in Summario, nullum in Elencho factum, argumentumque occurrit, quo ea adſtruantur, ac illuſtrentur. Præterea non conſtat, qua frequentia, quo pio devotionis affectu ad Pænitentiæ Sacramentum acceſſerit, immo, num unquam eodem ante poſtremam ægritudinem usus fuerit, ex Summario nequit decerni. Tantum eſt in utrisque probationum tabulis hac de re ſilentium. Non conſtat etiam, habuerit nec ne, saltem in præparatione animi, eas omnes Virtutes morales, in quibus aut ſtatus, aut aliarum circumſtantiarum causa non poterat actu se exercere. Jam vero hæc omnia neceſſario sunt factis, opportunisque argumentis comprobanda, cum de Virtutum heroicitate quæſtio agitur. (d) Nemo enim, qui Sacram Theologiam vel summatim noverit, quique ab noſtrorum Judiciorum religione non ſit prorsus alienus, heroicis Virtutibus præditum illum dixerit, de quo ea omnia latent.

19 Ad hæc addendum, non probari a Defensoribus Servi Dei obitum illuſtrem, & sanctimonia plenum, uti requirunt notiſſima Urbani Papæ VIII. Generalia Decreta. Nam quod ægritudinis incommoda patienter subſtinuerit, quod Eccleſiæ Sacramenta devote susceperit, quod se magnum peccatorem sæpius dixerit, non sunt hujusmodi actus, quibus ea heroicitas continéatur, quæ illuſtrem, & sanctimonia plenum facit obitum Servorum Dei. Si actus illi tales sunt dicendi, non video, cur cujuslibet pii, beneque morati Religioſi obitus eo nomine non ſit celebrandus. Affert Defensor nonnullos

[a] *Benedictus XIV. lib. 3. cap. 21. num. 2.*
(b) *S. Thom. 1. 2. quæſt. 68. art. 2., secunda secundæ quæſt. 45. art. 5.*
(c) *Roſignoglius de Disciplin. Chriſtian. perfect. lib. 3. cap. 2.*, & paſſim Theologi,
[d] *Benedictus XIV. lib. 3. cap. 21. n. 15., cap. 22. num. 1., cap. 23. §. 1. num. 4. §. 2., num. 20. §. 3. num. 25., cap. 24. §. 1. n. 7. §. 3. num. 32., cap. 27. num. 1.*

alios Chriſtianarum Virtutum actus, ut Ven. Dominici obitum illuſtret; sed perperam. Nam *primo* actus illi non referuntur a Religioſis Viris examinatis in Proceſſu Informativo anni 1694., sed tantum a Teſtibus Sæcularibus, & ſingularibus: deinde vero qualitatibus heroicis carent ita, ut commuuem piorum hominum agendi rationem, in illis præsertim circumſtantiis, minime excedant. Unum supereſt notandum, quod graviſſimam in suspicionem universam vitæ seriem Ven. Viri, ejusque obitum adducit; nimirum duos illos teſtes Servi Dei Contubernales, qui in Informativo Proceſſu anni 1694. sunt ordine X., & XIV., de circumſtantiis obitus ejusdem ne muſſitare quidem, nullumque ex suis Consodalibus toto ægritudinis decursu ad ejus lectum adfuiſſe. Quis enim unquam credat, aut duos Religiosos Teſtes circumſtantias obitus Servi Dei ſilentio tacitos præterire voluiſſe, ſi revera illuſtres fuiſſent, & sanctimonia plenæ? aut Cænobii Amalphitani Religiosos Viros poſtrema in illa ægritudine Ven. Viro adeſſe noluisse; ſi vera ea omnia fuiſſent, quæ de ejus Sanctitate in vulgum prædicabantur? Siluerunt illi; hi adfuiſſe non leguntur: satis hoc eſt, ut coucludamus, nihil in Dominici noſtri rebus geſtis, & obitu præclatum, inſigoeque occurriſſe, quod Contubernalium suorum animos perſtringeret, atque in admirationem raperet. Si autem Contubernales, qui eum semper ob oculos habebant, ejusque actiones cæteris melius, commodiusque perspiciebant, ab ejusdem vitæ tenore, & obitu procul eſſe omnem Sanctitatis, ac heroicitatis speciem censueruut; an cæteris sæcularibus Teſtibus, qui eadem, qua Contubernales, familiaritate, & consuetudine non fruebantur, tutum erit de Ven. Viri Virtutum heroicitate prudentem judicaturum inniti? Id serio conſiderent PP. AA. Interea non ego miror, tamdiu hujus Cauſſæ propoſitionem fuiſſe dilatam. Eatenus conſtandum erat, donec, quæ ex parte Contubernalium Servi Dei, circumſiſtebant impedimenta temporis beneficio summoverentur. Quum autem poſtea Poſtulatores vidiſſent, ea temporis beneficio sublata eſſe impedimenta, quibus ante detinebantur, tunc Teſtibus probe inſtructis de iis, quæ deponere debebaot, in mentem venit rei pericum facere.

20 Quæ hactenus sunt disputata, cùm de Probationum imbecillitate, tùm de *Relevantiæ* defectu, certiores nos faciunt; sed hæc augetur certitudo, ſi quædam conſideremus a Teſtibus fuiſſe relata, quæ ab Virtutis specie longe abfuiſſe AA. Patribus visa sunt. Siquidem contra religionem S. Sedi Apoſtolicæ debitam, & humilitatem Ven. Dominicum peccaſſe Suffragatores plurimi censuerunt, quum B. Bonaventuræ a Potentia respondit = *Se toccaſſe a me canonizare, oh quanto sarei rigoroso nell' esame! Se foſſe per queſto la Chiesa di Dio mi potria fare da mò una Statua d' oro, o d' argento: mentre li giorni addietro una donna, che pativa fluſſi di sangue, toccandomi l' abito, guari* = (*a*). Nam certe, ſi quid Itali sermonis proprietatem intelligimus, primum illud dicere nequiviſſet, niſi putaſſet, eam ab Sede Apoſtolica in Canooizationis negotio non adhiberi diligentiam & curam, quam ipse adhibiturus fuiſſet, ſi eum oegocium ad se pertineret; alterum vero non pronunciaſſet, ſi Chriſtianæ Humilitatis ſincerus cultor fuiſſet, quæ absque neceſſitate, ut in casu factum eſt, superna Charismata patefacere vetat. Dicunt Cauſſæ Patroni, nedum vanæ gloriæ, aut jactantiæ, sed imo præclarum humilitatis argumeotum præbere Servi Dei responſionem, utpote quæ inſtituta ad eludendam exiſtimationem sui ratione Miraculorum, quæ de se prædicabantur, a B. Bonaventura conceptam (*b*).

At

(*a*) *Super. Animadv.* §. 44. *& seqq.* (*b*) *Resp. pag.*

At, quæro, cujuſmodi fuit B. Bonaventuræ interrogatio; *generalis* ne, an *ſpecialis*, & *individua*? Non alia certe, quam *generalis*. Si vero hujuſmodi, quo jure, quave ductus ratione pio, & candido diſcipulo *generaliter*, & non *individue* loquenti Girardellius reſpondere potuit = *Se foſſe per queſto la Chieſa di Dio mi potria fare fino da mò una Statua d'oro o d'argento*; *mentre li giorni addietro una donna, che pativa di fluſſo di sangue, toccandomi l'abito, guarì* =? Interroganti in genere, cur ſemetipſum in exemplum præbuit? Quamquam B. Bonaventura de Servi Dei aſſertis Miraculis loqui intenderet; tamen nec verbo mentem hanc ſuam eo in ſermone aperuerat. Videant igitur, qui aſſerunt, Ven. Dominicum ea occaſione humilitatis cauſa ad ſemetipſum ſermonem convertiſſe, nonniſi ad Cauſſæ commodum, opportunitatemque in hoc poſſe inſiſtere.

21 Sed nec probare potuerunt PP. Sapientiſſimi, quod Dei Famulus Monialium, & aliarum fæminarum regimini ſuo commiſſarum illuſiones, & indecora ſomnia ſuo ore, ſuoque explicito aſſenſu confirmaverit, perinde ac ſi vere, & prodigioſe ea fierent, quæ fæminæ illæ ſibi videbantur videre (*a*). Quid his Defenſores? Si mulierum ſomniantium, inquiunt, narrationes non reſpuit; non ideo culpandus eſt Dei Famulus; cum novum non ſit, Deum, vel ejus Angelos in ſomniis apparere, & loqui (*b*). At primo cordatum neminem latet, quanti ponderis ſit facienda muliebris phantaſia, quarum ſomnia per noctem non aliud ut plurimum ſunt, quam deliria diurna. Deinde Divinæ apparitiones in ſomniis non tam facile in Scripturis Sacris occurrunt, ſi paucas quaſdam majoris momenti excipias, & magnis Myſteriis redundantes; bene autem contra in iiſdem legimus, vetitum obſervare ſomnia, & deteſtabiles eſſe Deo, qui ſomniis fidem præſtant. (*c*) Itaque nemo non percipit, quale judicium ſit ferendum de homine, quæ fæmellis ridicula, & indecora ſomnia narrantibus non pudet reſpondere = *Ah! che bel sonno! Ah! che dolce dormire! Non è vero? non ti volevi svegliare? Mi ai viſto? Quante volte ti ho detto, che t'acquieti* = (*d*). Nonne homo ſic loquens ſe fæminis imbecilliorem præbet? Nonne ſuperſtitioſior bubulco, qui fæminarum ſuperſtitionem magis, ac magis fovet, & blanditur? Quo attentius hæc conſidero, eo clarius video, Dei Famulum communes etiam Prudentiæ leges prætergreſſum. Nam, ut inquit Eccleſiaſticus = *SOMNIA EXTOLLUNT INPRUDENTES*..... *& niſi ab Altiſſimo fuerit emiſſa viſitatio, ne dederis in illis cor tuum: multos enim errare fecerunt ſomnia, & exciderunt ſperantes in illis* = (*e*). Forte Defenſores contendent, *ab Altiſſimo* illis in caſibus *fuiſſe emiſſam viſitationem*. Sed quibus ipſi rationibus id demonſtrabunt? Quomodo ſaltem oſtendent, Ven. Virum eam curam, & diligentiam adhibuiſſe ad judicium hujuſmodi neceſſariam, quem nullo præmiſſo examine, proculque ab omni tergiverſatione illis fæminarum ſomniis ſe ſubſcripſiſſe conſtat.

22 Narrat Teſtis Apoſtolicus ordine XXVII., quod = *una volta eſſendo ora di mangiare, e non trovandoſi il detto Padre Domenico, furono mandate molte perſone in giro per detto luogo di Gaudano ... per ritrovarlo, fra quali vi fui anch'io, ed in effetti mi riuscì di trovarlo in una grotta.... ed ivi mezzo ignudo viddi con miei proprj occhj, che ſi diſciplinava a ſangue così gagliardamente, che eſſendo andato io poi dopo in detta grotta, viddi*

(*a*) *Super. Animadv.* §. 47. *& ſeqq.*
(*b*) *Reſp. pag* 68. §. 69.
(*c*) *Levitic. cap.* 19. *ver.* 26., *Deuter.* 18. *verſ.* 10., *Eccleſiaſtici* 34. *& alibi*.
(*d*) *Summar. pag.* 174. §. 5., *&* 6., *pag.* 153. §. 1., *&* 2.
(*e*) *Cap.* 34. *verſ.* 1. 6., *&* 7.

alcune pietre, che erano aſperſe di ſangue: io avendo ciò veduto per il timore mi ritirava pian piano indietro, ma accortoſene il detto Padre Domenico, che era ſtato da me veduto, mi chiamò, e mi diſſe, che non aveſſe detto niente a neſſuno ſotto pena di ſcommunica (a). Factum hoc dum conſidero, jure reprehendendus maxime DeiServus mihi videtur. Etenim, ut omnes norunt, qui Canonici Juris ſunt periti, ad ferendas Cenſuras ſatis non eſt poteſtas remittendi, & retinendi peccata in Tribunali Pœnitentiæ, ſed requiritur omnino poteſtas juriſdictionis in Foro Eccleſiæ externo, quam non alii exercent, præter quàm ii, qui Judicis munere in Eccleſia legitimè funguntur. Cur igitur Dei Famulus ſub pæna Excommunicationis teſti vetuit, ne de viſa ab ſe cruenta flagellatione loqueretur? An quia illius facti manifeſtatio aliqua Eccleſiæ lege eſſet vetita ſub ea pæna latæ, vel ferendæ ſententiæ? An quia Dei Famulus juriſdictionem habebat Cenſuras adverſus aliquem dicendi? Neutrum profecto. Aut igitur ita ſe geſſit Ven. Dominicus, ut erga ſui perſonam excellentiorem teſtis conciperet exiſtimationem, & reverentiam; aut ob animi quamdam levitatem; aut quia falſam aliquam de jure ferendiCenſuras animo ſententiam fovebat. Horum quodcumque dixeris, cum Chriſtiana virtute componi nequit. Cæterum, etſi eorum nullum de Servo Dei diceodum evinceretur, ſemper tamen eſſet culpandus, quia teſti XXVII. ea Cenſurarum comminatione occaſionem præbuit credendi, illo jure in eum poſſe animadvertere, quo nullatenus potiebatur.

13 Nec a mendacio Dominicus noſter poteſt excuſari. Recolant hic PP. Sapientiſſimi, quæ narrant teſtes III. XIII., & XVII. Proceſſus Informativi anni 1694.; & pro eorum ſapientia videant, utrum decipiamur = *Il Servo di Dio dava un'odore ſoaviſſimo di Paradiſo, non avendolo mai potuto paragonare ad odore alcuno di queſta terra; ed era tanto eceſſivo queſto odore, che molte volte lo ſentivo da dentro il Noviziato, e calando poi abbaſſo, trovavo, o che era venuto il detto Servo di Dio, o che ſtava per venire, e dicendogli: oh Padre, che odore è queſto, che mandate? egli riſpondeva: ſciocca! io mi ho poſto un pò di nepeta allo ſtomaco; e queſto è l'odore, che voi ſentite; ma in fatti non era odore di nepeta, ne d'altri fiori terreni, ne l'ho potuto mai raſſomigliare ad altri odori* = Ita teſtis III., cui adhæret XVII. in hæc verba = *Il ſuo corpo emanava un'odore ſoaviſſimo . . . . , ed alle volte gli dicevo; oh! Padre mio, che odore è queſto, che date? E lui mi riſpondeva: figlia, che odore poſſo dare io, che ſono un ſacco di vermi: e non sai tù di che ſiamo noi impaſtati? E perchè alcune volte per coprire detto dono di Dio lui portava in mano qualche erba odorifera, come nepeta, ruta, menta; mi diceva: queſto è l'odore, che ſenti, ſono queſte erbe; ma l'odore non era quello dell'erbe* (b). Teſtis vero XIII. aliud hoc factum refert = *Una mattina dopo detta la Santa Meſſa . . . . e data a me, e . . . . . mia zia, che eravamo preſenti, la meditazione ſopra il Santiſſimo Sagramento, e mettendoci tutti trè in orazione, fra l'orare ſentimmo prorompere il detto P. Frà Domenico in un grido, come un rumore, come a noi parſe, di una ſedia di paglia, alla quale ſtava appoggiato, e mirando ſott'occhio, viddi detto Padre Domenico, che ſi era levato dall'appoggio di detta Sedia, e ſtava in ginocchioni ſenza appoggiarſi, recitando a mio giudizio il Pater noſter; e poi ſi alzò finita l'orazione, e ci diſſe: bella coſa, io predico tutto il giorno la pazienza, e poi non la sò eſercitare; avete inteſo in che impazienza ho dato? e noi*

(a) *Reſp. pag.* 157.

(b) *Vid. Reſp. pag.* 180., & 181.

noi ce ne ridesſimo, *e replicandogli : o Padre, che impazienza ! .... lui ci replicò : sono ſtati malinconici, che portano certi dolori, che io ne papatisco, e non ci ho avuto pazienza* (*a*) . Hæc laudati teſtes. At quis non videt, quot mendacia in illis circumſtantiis Dei Famulus pronunciaverit, ſi revera odor, qui de ejus corpore exhalabat, supernaturalis erat, ſi revera cum mulieribus orans charitatis æſtu percitus rumorem illum excitavit ? Aut negandum, odorem fuiſſe supernaturalem, & rumorem, seu ſtrepitum illum charitatis in ejus corde æſtuantis effectum, aut, ſi negandum hoc non eſt, mendax Dei Servus eſt dicendus, qui olentibus herbis, quas manibus terebat, odorem, & flatibus melancholicis rumorem retulit. Scio, Chriſtianam Humilitatem latebras quærere, non lucem ; & bona, quæ agit, niti occultare, non efferre (*b*) ; atque scio, specie humilitatis mentiri, peccatum eſſe. Nam, ut inquit Auguſtinus ; *cum humilitatis causa mentiris, ſi non eras peccator, antequam mentireris, mentiendo efficeris, quod evitaveras ; veritas in te non eſt, niſi te ita dixeris peccatorem, ut etiam eſſe cognoscas. Veritas autem ipsa eſt, ut quod eſt dicas ; nam quomodo eſt humilitas, ubi regnat falſitas ?* (*c*)

24 Minus quoque sollicitus Dei Servus AA. Patribus visus eſt in Juſtitiæ commutativæ legibus servandis, quæ tantum cuique reddit, quantum ipſi debetur. Teſtem profero in ordine Proceſſus Apoſtolici X. Hic ſiquidem narrat, quod Patri suo = *una volta furono rubate ..... molte, e molte lane filate, che qui ſi dicono ſtame per farne le saje, e trè pezze di Saja, e furono tali robbe rubbate dentro la ſteſſa noſtra casa : immediatamente se ne andò il mio Padre a lamentare col Ven. Padre Domenico, ed il medeſimo esortandolo alla pazienza li diſſe : ſtatti quieto, che ci penso io ; e dopo due giorni lo chiamò, e li diede certa lana, che era ſtata portata al Servo di Dio ſino al Convento, e li consegnò anche certo denaro dentro una carta, dicendoli, che ſi foſſe quietato del furto, e non ne aveſſe parlato più, e così fece detto mio Padre, non oſtante, che aveſſe perduto molto maggior robba di quel, che l'era ſtata reſtituita* (*d*). Quo in facto, quum lateat quibus rationibus ductus furem ab integra reſtitutione Dei Servus liberaverit, nonniſi divinando ab læſæ Juſtitiæ commutativæ crimine immunis poterit prædicari.

25 Præterea neque adduci poterant PP. præſtantiſſimi, ut verum crederent, Præſidum suorum interveniente facultate, cùm eleemoſinas ſibi datas ad pauperes sublevandos depoſuiſſe nunc apud Moniales, nunc apud Sorores Tertii Ordinis, aliasque personas, tùm eas pro arbitrio diſtribuiſſe, proptereaque nihil deliquiſſe contra Caput IV. Regulæ, in quo ea prohibentur. Quantum enim ex una parte certa eſt & ea eleemoſinarum pro arbitrio diſtributio, & earum cuſtodia apud prædictas mulieres, aliosque (*e*) ; tantum ex altera difficile eſt certò aſſequi, de Præſidum suorum licentia Dei Famulum ea ratione se geſſiſſe. Præterea nec Regulari Observantiæ, nec virtuti Caſtitatis satis cohærere ipſis videbatur, quòd SOLUS peteret domos mulierum, quòd longiores, & frequentiſſimos cum eis sermonem haberet,

ita

(*a*) *Summar. pag.34 §.100., & ſeq.*

(*b*) *Sanctorum virorum eſt, bona, quæ fecerint occultare, ne contingat, eos laqueum elationis incurrere, unde per semetipſam veritas dicit : Attendite, ne juſtitiam veſtram faciatis coram hominibus, ut videamini ab iis. S.Gregorius Magnus lib.18.Moral.cap.18.*

(*c*) *Serm.181., aliàs 29. de verb. Apoſt.*

(*d*) *Summ. pag.67.§.33.*

(*e*) *Summar. pag. 98. §. 92., pag. 101. §. 111., pag. 125. §. 2.*

ita ut inter mulieres vitam fere integram transegiſſe ex actis pateat ; quodque Monialem eum interrogantem, an motus carnis pateretur, maximè cum Confeſſiones audiret, non modo acriter non corripuerit, sed potius fuso sermone ejus interrogationibus satisfacere curaverit ; (*a*) quippe quia inauditum hujusmodi colloquium inter pœnitentes, mulieres præsertim, & Confeſſarios suspicione non vacat. Poſtremò observabant, cum Patientiæ virtute minime poſſe conciliari, quæ narrat teſtis XXI. Proceſſus Informativi anni 1694., nimirum, quòd cum ipsa surripuiſſet quoddam Servi Dei linteolum, ſive rudem quamquam, ac vilem tunicam = *egli*, nempe Dei Servus, *ſtrepitò sù queſto ; io per quietare lui . . . . li diedi un' altro panno ſimile ; e lui . . . . diſſe : queſto non è il mio ; datemi il mio ; e benchè se lo portò quella sera, ad ogni modo per molti giorni sempre ſtrepitò, dicendo, che quello non era il suo, e che voleva il suo* (*b*),

26 Ad hæc quum Agatha Salati teſtis in Proceſſu Informativo an. 1694. ordine V. Ven. Dominico dixiſſet : = *Padre, chi mi aſſicura, che quello, che fò, ſia bene, ed accetto a Dio? Lui mi correſſe con gran sentimento, e mi diſſe : tanto è queſto, quanto diffidare delli mezzi lasciati in S. Chiesa per la noſtra salute* (*c*). At sententiam teſtis damnans Ven. Dominicus, inquiebant plures ex doctiſſimis Patribus, nonne subruit fundamentum salutis, quod ſtatuit Apoſtolus, inquiens = *cum metu, & tremore veſtram salutem operamini* = (*d*)? Nonne adversatus eſt Canoni illi Eccleſiaſtici = *Neſcit homo utrum amore, an odio dignus ſit* = (*e*)? Inquiunt Cauſſæ Patroni, non ut recitatis Sacræ Scripturæ sententiis adversaretur, sed ne Mulier diffideret de mediis ad æternam salutem ordinatis, ea verba Dei Servum adhibuiſſe : sed inane effugium. Mulier enim, ut ejus verba sonant, non aliud Ven: Viro aperuit, quàm plurimum de se diffidere : id autem idem eſſe, ac diffidere de mediis, quis unquam dixerit? Falsâ igitur saltem sententiâ metuentem, diffidentemque mulierem roborare curavit, quod certè virtutem Chriſtianam non redolet. Narratur in Summario hiſtoria resurrectionis, ut ajunt, Matthæi Anaſtaſio, *il quale morto, che fù, ed uscita l' anima dal suo Corpo, subito la presero i Demonj*, omnesque circumſtantes, & ipse Ven. Dominicus crediderunt, eumdem Matthæum verè fuiſſe mortuum, damnatum, & tandem vitæ huic redditum (*f*). Ad hoc, non dico, insulsum, & ridiculum eſſe iterum in scenam trahere fabellas de animabus Trajani, & Falconillæ ab inferis liberatis, illo precibus S. Gregorii, hac precibus S. Theclæ : unum quæro ab Defensoribus, utrum nimirum, cum *certum ſit trahi ad Deum poſt mortem non poſſe, qui se a Deo, male vivendo, separavit, atque secus sentire eſſe hæreticum* (*g*) ; ignorantia Dogmatis de impoſſibili damnatorum regreſſu ab inferis Ven: Dominicum a culpa excuset, Dominicum, inquam, Sacerdotem Dogmata Fidei alios docentem, ſincerosque indigitantem fontes veræ, solidæque pietatis : excusari enim non poſſe, fuit AA. Patrum sententia,

27 Sed graviſſimam tandem aggrediamur difficultatem de sceleribus male morati, proscriptique hominis ab Servo Dei manifeſtatis, poſtquam ſibi sub Sigillo Sacramentali innotuerant. Quomodo factum hoc se habuerit, notatum jam fuit in superioribus Animadverſionibus (*h*) inutile itaque eſt, illud hic iterum proponere. Quid autem ad eum Cauſſæ Patroni? Suſtinent, ac pro-

(*a*) *Super. Animadv.* § 50., & 51.
(*b*) *Summ. pag.* 24. §. 31.
(*c*) *Summ. pag.* 59. § 28.
(*d*) *Philip. cap.* 2. *vers.* 12.
(*e*) *Cap.* 9. *vers.* 1.
(*f*) *Summ. pag.* 40.
(*g*) *S. Gregorius epiſt.* 15. *l.* 7.
(*h*) §. 56., & 57.

propugnant, *ſceleſtum illum hominem ad pænitentiam converſum, & divulgaſſe per ſe, & facultatem Ven. Dominico feciſſe divulgandi crimina a ſe patrata, quæ magna ex parte publica erant, addito etiam ſcelere, quod in itinere ad Monaſterium Cavæ committere parabat* (*a*). Sed regero primum: Dei Famulus, de quo heroica Charitas erga Proximum a Cauſſæ Patronis præſumitur demonſtrata; nonne ad vitandum ſcandalum debuiſſet etiam, ſe de proſcripti illius hominis ſcceleribus loquentem audientes monere, de licentia pœnitentis ejus ſecreta pandere, & flagitia revelare? Utique. Poſita enim actione etiam licita, dummodo per eam ſcandalum puſillis poſſit obvenire, colligimus ex Apoſtolo, (*b*) nos teneri inſtruere, & docere infirmos illos de ſumma rei, ejuſque veritate: alioquin ab opere etiam licito, ut ſcandalum vitetur, eſſe abſtinendum, Theologorum nemo inficiabitur. At cautionem hanc adhibuiſſe, nullibi legitur. Deinde animadverto, licentiam Pœnitentis a Defenſoribus quidem præſumi, ſed nullo pacto probari. Ajunt ipſi, juxta notiſſimam Juris Regulam, *quod fieri conſuevit, factum præſumi* (*c*). Verum nemo non percipit, graviſſimam hanc difficultatem non præſumptionibus, aut conjecturis eſſe eliminandam, ſed factis, iiſque certiſſimis in medium allatis. Poſtremò illud, quod *res ipſa, eodem Bannito poſt pænitentiam palam enunciante, publica evaſerit*, non aliud id eſt, quod benignum teſtis Apoſtolici XVII. ſuppoſitum (*d*), cui certe eſt omninò præferendum dictum non ambiguum teſtis V. Informativi Proceſſus anni 1694., quo apertè teſtatus eſt, factum omne ad proſcriptum illum hominem ſpectans ſe sciviſſe *per bocca d' eſſo P. Frà Domenico* (*e*). Saltem implexiſſimum eſt, & ſalebroſum, propter teſtium diſcrepantiam, & potiorum circumſtantiarum ſilentium, decernere, quonam pacto, & via, publica primum evaſerint proſcripti hominis ſcelera ſub Sacramentali Sigillo Ven: Viro manifeſtata: id ſatis eſt, ne Defenſoribus certò aſſerentibus *rem ipſam, eodem Bannito poſt pænitentiam palam enunciante publicam evaſiſſe*, acquieſcamus; utque onus ipſis imponamus, factis, rationibuſque ex facto depromptis demonſtrare, aut Bannitum ipſum poſt pænitentiam ſua ſcelera primum omnium palam enunciaſſe; aut, ſi primò id Ven. Dominicus fecit, opportunâ Pænitentis licentiâ interveniente feciſſe, deque eadem ad ſcandalum audientium vitandum ipſos monuiſſe. Niſi id præſtent, hæc una difficultas ſatis eſt ad Cauſſæ curſum intercipiendum.

Quæ dicta ſint ſub cenſura &c. ſalvo ſemper &c.

Carolus Erſkine S. Fidei Promotor.

(*a*) *Reſp. pag.* 88. §. 85., *& ſeqq.*
(*b*) *Epiſt.* 1. *ad Cor. cap.* 8.
(*c*) *Reſp. pag.* 90. *circa med.*
(*d*) *Super. Animadv.* §. 57.
(*e*) *Summ. pag.* 99. §. 10.

AMALPHITANA
Beatificationis , & Canonizationis
VEN. SERVI DEI
P. DOMINICI GIRARDELLI A MURO
Sacerdotis Profeſſi Ordinis Minorum Conventualium Sancti Franciſci .

RESPONSIO
AD NOVAS
ANIMADVERSIONES
R. P. FIDEI PROMOTORIS
SUPER DUBIO

An conſtet de Virtutibus Theologalibus Fide , Spe , & Charitate in Deum, & Proximum ; & de Cardinalibus Prudentia, Juſtitia , Fortitudine , ac Temperantia, earumque adnexis in gradu heroico in caſu , & ad effectum , de quo agitur ?

BEATISSIME PATER.

1 Quod olim prænunciaverat VEN. DOMINICUS GIRARDELLUS A MURO, *inter Cælites Bonaventuram a Potentia eſſe referendum*, id a Te, *Pie Pontifex Maxime*, pro tua graviſſima prudentia, & auctoritate jam pridem factum universus Ordo Minorum Conventualium S. Francisci , qui utroque hoc Alumno gaudet , æterna grati animi memoria recolit , ſibique ducit maximè gloriosum. Supereſt jam , ut locupletiſſimum teſtimonium, quod *Beatus Bonaventura a Potentia*, olim in hac Causa juratus , de heroica Sanctitate Ven. Dominici Girardelli exhibuit , Tute ipse , *Princeps Sacratiſſime* , immutabili tuo judicio confirmes : quod idem Ordo Minorum Conventualium supplex orat , atque enixè deprecatur .

a

2 Profectò qui novas Animadverſiones P.R. Promotoris ſeduló perluſtret, qui difficultates in primis Comitiis Antipræparatoriis excitatas perpendat, qui acutiſſimi Cenſoris conatus in hiſce argumentis denuò promovendis æquo examine libret, facilè conſentiet, Cauſam hanc defenſione vix indigere, & ingenioſum Animadverſorem egregie quidem pro ſui muneris ratione pugnare, ſed luce ipſa veritatis contrariæ refelli. Septem mihi bene prolixos paragraphos obiicit, quibus ſuadere vult, aliquam reperiri poſſe ſuſpicionem fraudis in antiquis Poſtulatoribus, quòd a Sacri hujus Conſeſſus judicio remotam tenuerint *Cauſam Ven. Dominici, qui exeunte anno 1683. deceſſit*. Ex quo clare perſpicitur, leviſſima eſſe alia, quibus cauſa ipſa impugnatur. Nihil enim eſt in his cauſis frequentius, quam *bujuſmodi, & longiores etiam dilationes*, quæ ex qualibet alia potius cauſa ortæ cenſentur, quam ex fraude, aut dolo malo Poſtulatorum.

Reſponſio ad §.2. Animadverſionum.

3 Ut autem ſuſpicionis contrariæ vis omnis penitus infringatur, veſtigiis Animadverſionum plane inhærebimus. Quum enim in prima noſtra Reſponſione non minùs verè, quàm ſolidè dictum fuiſſet, tum nihil in hac Cauſſa neceſſarium a Poſtulatoribus fuiſſe prætermiſſum; tum eam, quæ opponebatur, dilationem aliquam ex paupertate Cauſſæ originem duxiſſe; certè ſuſpicio omnis ſublata eſſe videbatur. Quid ergo nunc contra affertur? Si id contigit, inquis, ob pecuniarum defectum, quomodo Poſtulatores anno 1742. expenſas ſubire potuerunt ad alterum Proceſſum Informativum conficiendum neceſſarias? agebatur enim de non levi pecuniæ ſumma. Nemo id non intelligit. Summa pecuniæ non levis ex multis ſummis levibus fit. Igitur quum multi anni interceſſerint ab anno 1694. (non 1644, ut legitur in Animadverſionibus) ad annum 1742., mirum non eſt, quod ex pecuniis, & eleemoſinis toto eo tempore paulatim collectis pecunia provenerit neceſſaria ad ſecundum Proceſſum Informativum conficiendum. Neque enim advocandus nobis eſt aliquis arithmetices peritus, qui nos doceat, pecuniæ ſummam additione alterius ſummæ fieri majorem. Præterea quis neſcit, in hujuſmodi Cauſis ſæpe accidere, ut poſt longum temporis ſpatium aliquis tandem vel pecunia, vel ope efficere conetur, quod alii, ad quos ea res antea pertinebat, minime potuerunt? Hujuſmodi rationes ſuſpicandi nihil certe obeſſe poſſunt Cauſæ, optimis alioquin Teſtibus *de Viſu* tam in *Apoſtolica*, quàm *in Ordinariis* Proceſſibus, & omnibus aliis neceſſariis præſidiis abundè inſtructæ; neque in ipſis veteribus Poſtulatoribus fraudem, aut dolum adſtruere valent, qui nihil, ad quod tenebantur, omiſerunt: præſertim cùm certæ ſint regulæ in Reſponſione noſtra prima (a) comprobatæ, quod *licet quis diſtulerit per multum tempus agere, non propterea poteſt dici negligens, ſi ei terminus non erat præfixus*; & quod *negligentiam alleganti incumbit onus probandi: non autem probatur negligentia, niſi hæc duo ſimul concurrant, quod quis ſcilicet potuit facere aliquid, & obligatus non fecit*; ac demum, quod *ex ſola mora fraus, doluſve malus non arguitur*. Accedit, Poſtulatores disertè in omnibus Actis, uti ſolet, proteſtari, ſe non obligari ad *onus ſuperfluæ probationis*.

4 Quod autem ſuſpicio contra Poſtulatores augeatur, quia in primo Proceſſu Informativo *vix unus, aut alter* occurrat Servi Dei Contubernalis, nullus

lus

(a) Pag.4. §.4.

ſius vero Confeſſarius, id & ratione, & facto ipſo refellitur. Nam ad Confeſſarios quod attinet, non quidem defendam Poſtulatores auctoritate Gerſonii, & aliorum, qui eos in his Cauſis audiri nolunt, ſed utar verbis Benedicti Pontificis XIV., qui conceptis verbis ait (a), *quod tum antiquis, tum recentibus temporibus plures Cauſæ favorabilem exitum habuerunt, in quibus Confeſſarii examinati non fuerunt, & in quibus ipſe tanquam Fidei Promotor defectum examinis eorum totis viribus oppoſui*. Multo vero minus culpandi ſunt Poſtulatores, qui inter diſcrepantes ſententias ante Benedicti XIV. Opus immortale Proceſſum conficiendum curarunt, nullo in Teſtem evocato, quem conſtet fuiſſe Confeſſarium. Eoque etiam magis, quia non de Servo Dei agitur, cujus plures, & difficiles Viſiones ſint proponendæ, aut perpetua vitæ innocentia demonſtranda, ubi Confeſſariorum atteſtationes fortaſſe deſiderari poſſent.

5 Ex facto verò ipſo præclarè fides Poſtulatorum vindicatur. Etenim in examen vocarunt *quatuor* ex Contubernalibus Servi Dei: nimirum Teſtem VIII. *Beatum Bonaventuram a Potentia*, unum pro millibus, qui octo ferè annos cum Ven. Dominico convixit, & ſub ejus ſchola ac diſciplina ad ſublimem Sanctitatis gradum devenit, Altarium honoribus jam decoratus; Teſtem IX. *Thomam Salati*, qui etiam ante Religionis ingreſſum agnoverat Servum Dei; Teſtem X. *Michaelem Ferrigni*, qui ejuſdem Servi Dei Superior fuit, & longo temporis ſpatio cum eo eſt, in eodem Conventu commoratus; ac poſtremò Teſtem XIV. *Fratrem Antonium Cendo*, qui annos quinque Ven. Dominico uſus eſt Confeſſario. Quæ omnia in demonſtratione Virtutis heroicæ oſtendimus (b). Hic numerus Teſtium domeſticorum neque ſuſpicionem ingerit, quaſi ex ejuſdem Ordinis Teſtibus potiſſimum Sanctitas Servi Dei probetur, quod multis in cauſſis obiici ſolet, & aliunde idoneus eſt ad exactam vitæ Regularis diſciplinam confirmandam. Cur autem plures non fuerint vocati, iterum atque iterum reſponderi poſſet, quia *plures non erant neceſſarii*.

6 At verò eximia Poſtulatorum diligentia effecit, ut ex re ipſa contraria ſuſpicio diluatur. In Summario Additionali num. 1, exhibetur Catalogus eorum omnium, qui in Conventu Amalphitano cum Ven. P. Dominico convixerunt, Vicarii Generalis auctoritate, & ſubſcriptione munitus. Inde conſtat, anno 1694. (quum primus Informativus Proceſſus eſt confectus) *quinque tantùm* in Conventu Amalphitano *de Familia*, ut ajunt, fuiſſe ex iis, qui vivente Servo Dei in eodem fuerant commorati; videlicet *P. Michaelem Ferrigni* Amalphitanum, *P. Bonaventuram a Potentia* (nunc Beatum), *P. Antonium Salati* Amalphitanum, *Fratrem Antonium ab Amalphi*, cognomine gentilitio *Cendo*, *P. Antonium a Pieſcopagano*. Vocati verò ſunt in examen *quatuor illi primi*, & ſolus prætermiſſus eſt P. Antonius a Pieſcopagano. Cur autem hic præteritus eſt, ad rationem illam primam, quia numerus quatuor Religioſorum Conſodalium ſatis, ſuperque erat, adjungebatur alia ratio, quod P. Antonius a Pieſcopagano *brevi ſpatio duorum menſium, aut paulo amplius* cum Ven. Dominico fuerat commoratus, ut ex eodem Catalogo manifeſtum redditur. Quid quod aderat ratio, cur is ne vocari quidem potuerit? nam anno 1694. idem P. Antonius a Pieſcopagano (latine *Petrapagana*) Poſtulator erat, & Pro-

A 2 cu-

(a) Lib. 1. de Beatif. cap. 7. num. 8. (b) Parte I. titulo III. pag. 18. & ſeq.

curator Cauſæ Ven. Servi Dei. Hoc liquet ex Proceſſu Informativo (*a*), ubi aſſeritur: *Padre Fr. Antonio da Pieſcopagano, Procuratore ſpecialmente coſtituito nell' infraſcritta Cauſa*; & ante conſtat ex Litteris Procuratoriis exhibitis in citato Proceſſu (*b*). Quid ergò juvat inanes ſuſpiciones promovere? Res ipſa loquitur. Non ſunt ulterius quærendi Confeſſarii Servi Dei. Nam aut aliquis eorum, qui examen ſubierunt, Confeſſiones ejus excepit, & tunc conſtat de teſtimonio Confeſſarii: Aut jam obierant, qui id muneris exercuerunt; quandoquidem P. Antonius a Pieſcopagano *exiguo tempore*, ut vidimus, Confeſſarii partes cum Servo Dei explevit. Explevit, inquam, nam id ex traditione a veteribus Monialibus acceptum confirmant Moniales plures SSmæ Annuntiationis, quarum atteſtationes in *Summario Additionali num.*2. exhibemus. Nullum autem teſtimonium ex Confeſſario luculentius deſiderari poſſet, quam quod munus procurandi Cauſam Beatificationis in ſe ſuſceperit.

Reſponſio ad §.4. Animadverſionum.

7 Igitur quum ex facti expoſitione pateat, nullam excogitari poſſe ſuſpicionem doli, quia Poſtulatores aliquantulum ſecundum Proceſſum Informativum diſtulerunt, & in primo ſolum quatuor Contubernales Servi Dei ad examen induxerunt, ſuperfluum videretur alias contrarias conjecturas perſequi; At aliquid de ſingulis dicendum eſt tamen. Opponitur nobis, Regulam illam, *neminem eſſe negligentem, quia id agere prætermiſit aut diſtulit, ad quod agendum non tenebatur, vel terminus ei non erat præfixus*, certam eſſe *in abſtracto*, non item *in concreto caſu*; quia Poſtulatores non tenebantur ulla Lege aggredi Cauſam Beatificationis, ſed communi prudentia cogebantur inceptum ad ſuum finem ordinare, ne ſtultè operam, ſtudium, & pecunias impendiſſe viderentur. Tota hæc ratiocinatio falſo fundamento innititur: quaſi Poſtulatores tandiu confectionem Proceſſus diſtulerint, ut *aliquid neceſſarium* ad felicem Cauſæ exitum deſideraretur. Certè quum in Proceſſu Apoſtolico tot ſint repetiti Teſtes ex Proceſſibus Informativis, ut plena, ac directa probatio ex *TESTIBVS DE VISV* conſurgat; unde, quæſo, probas, Poſtulatores imprudenter ſe geſſiſſe, & ſtultè operam ſtudium, & pecunias impendiſſe? Et tamen nón *imprudentia*, aut *ſtultitia* Poſtulatorum tibi probanda eſt, ſed *fraus*, aut *dolus malus*, qui in aliis non præſumitur, multò vero minus in Religioſis Poſtulatoribus, qui juramento ſeſe adſtringunt omnia bona fide, & ſine fraude perficiendi. Itaque ſi imprudentiam non probas, qui probare poteris fraudem, aut negligentiam, ex qua fraus arguatur? Siquidem regula ita certa eſt tam *in abſtracto*, quàm *in concreto*, quod negligentia (ſcilicet *doloſa*) minime probetur, ſi is, qui agere prætermiſit, aut diſtulit, non tenebatur agere, aut obligatione agendi intra certum tempus obſtrictus non erat, ſive quis negotium aliquod fuerit aggreſſus, ſive ſecus.

8 Agnoſcit præclarus Cenſor etiam ab imprudentia excuſari poſſe Poſtulatores ex pecuniarum defectu; ſed addit: *qui improvisò interveniſſet*. Ego vero non video, cur ab imprudentia excuſari non debeant Poſtulatores ex pecuniarum defectu, etiamſi *non improvisè interveniſſet*, Fac enim in primo Proceſſu conſtruendo eam pecuniæ vim habuiſſe, quæ ad illum perficiendum ſufficeret, ſed ad Cauſæ proſecutionem non ſuperflueret: Cur cauſam inchoare non poſſent, & aliorum Proceſſuum confectionem ad aliud tempus differre, quo pecuniæ eſſent collectæ? Iterum autem objicit,

(*a*) Folio 537. (*b*) Folio 518.

cit, defectum pecuniarum ipſo facto excludi, quia an. 1742. pecuniæ ad ſecundum Proceſſum Informativum conficiendum neceſſariæ non defuerunt. Huic objectioni reſpondimus *n. 3*. Quamquam quid opus eſt reſponſione? Quis enim recte colligat, anno circiter 1694. non defuiſſe pecuniam, quia anno 1742. non deerat? Cæterum ſuſpicatur doctus Animadverſor dilatam fuiſſe cauſſam, ut ii omnes morerentur qui Ven. Viri Sanctitati poterant adverſari. At ex Proceſſibus ipſis ſuſpicio iſthæc exploditur. Poſtulatores *decimo anno* ab obitu Servi Dei juridicam Inquiſitionem inſtruendam curarunt. Si aliqui erant, qui Sanctitati Ven. Dominici adverſarentur, cur eo tempore Proceſſum conſtrui voluerunt? quî fieri potuit ut omnes Teſtes in examen vocati uno ore prædicarent, famam Sanctitatis Servi Dei apud omnes homines, qui eum agnoverant, vigere; ac neminem auditum eſſe, qui contra diſſereret? Igitur, ſi cum primus Proceſſus Informativus confectus eſt, nullus erat, qui heroicam Sanctitatem Ven. Dominici non agnoſceret, jam penitus evaneſcit ſuſpicio quod Cauſa dilata ſit, donec obirent illi omnes, qui ejus Sanctitati refragarentur. Accedit, in *Proceſſu Ordinario Secundo* plures fuiſſe Teſtes ex *primo* repetitos, item in *Apoſtolico* plures ex utroque Informativo. In duabus his Inquiſitionibus conſtans eſt omnium Teſtium conſenſio, famam Sanctitatis Servi Dei apud omnes hominum ordines fuiſſe pervulgatam, nullum contrarium rumorem unquam auditum. Atqui hi Teſtes non ſolum ipſum Servum Dei agnoverant, ſed illos etiam, qui cum eo maxime fuerant converſati.

9 Vide tamen, quo ſe convertant Animadverſiones; *Etiamſi Teſtes allati hujusmodi ſint, ut ex eis pleniſſima, directa, & undequaque perfecta oriatur probatio; negligentiæ notam poſſunt quidem vitare Poſtulatores, non item fraudis, & doli*. Ego vero exiſtimarem, facilius aliquem a fraude, doloque excuſari poſſe, quàm a negligentia non doloſa. *Ais*, non eſſe hæc duo contradictoria, quod aliquis probationem alicujus rei allaturus, quæ ſibi profutura ſunt, ſedulò comparet; quæ verò non profutura, callide aut occultet, aut omittat maximo cum veritatis diſpendio. Sed pariter diſtingue inter ea, quæ *non proſunt, neque nocent*; & ea, quæ *non proſunt, & nocent*: & proba, Poſtulatores *callidè, ac doloſè* omiſiſſe ea, quæ nocerent. Oggetis iterum *enorme temporis ſpatium*. Sed ſi ex hoc temporis ſpatio nec *negligentia* quidem probatur, cum non ſit enorme, immo intra illud plurimi Teſtes oculati in Apoſtolica Inquiſitione repeti, & denuo induci potuerint; aliam profecto viam arripere debes, ut evincas Poſtulatores Religioſos, *quæ nocere poterant, callide aut occultaſſe, aut omiſiſſe*. Nam, quod attinet ad Confeſſarios, & Contubernales Servi Dei, dictum eſt ſatis, neque plures tunc fuiſſe, qui examini ſubijcerentur; neque, ſi fuiſſent, neceſſarium eſſe, ut examen ſubirent. Poſtulator verò, qui anno 1694. Proceſſus confectionem promovit, non ita eſt arguendus, quaſi ejus culpa Proceſſus Apoſtolicus tamdiu fuerit dilatus; Neque item Poſtulator, qui anno 1742. ſecundum Proceſſum procuravit, doli eſt accuſandus, quod plures domeſticos Teſtes non induxerit. Nam hæc ambiguitas in Animadverſionibus notatur, quod de Poſtulatoribus ſermonem habeant, quaſi *de unica Perſona*, quæ ab initio Cauſſæ ad annum 1744. id muneris egerit.

Reſponſio ad §. 4. Animadverſionum.

15

10 Quæris autem, ex quo facto, aut documento notum ſit, Poſtulatores credidiſſe, quatuor ſui Ordinis Viros Religioſos ſatis eſſe, ut nec Domeſtici deſiderarentur, nec magnus ipſorum numerus in oculos ſtatim incurreret, & offenderet. Quum ex facto ipſo liqueat, plures oculatos Teſtes ex Viris

Reſponſio ad § 5. Animadverſionum.

Re-

Religioſis non extitiſſe, locus non eſt amplius conjecturis. Quamquam quid a nobis factum, aut documentum petitur, cum ratio ipſa clamet? Nonne ex quatuor Teſtibus Domeſticis ſatis probari poteſt obſervantia exacta diſciplinæ Regularis? Nonne ſi magno numero Teſtes ejuſdem, Ordinis proferantur, ſuſpiciones contra eosdem vel ex hoc ipſo congeruntur? At cur, inquis, Mulieres magno numero induxerunt? Longe diſpar eſt ratio. Nam Servus Dei Confeſſiones Feminarum plurium Ordinum, ac diverſarum claſſium excepit, easque in virtutis via direxit. Non multo poſt (ſcilicet §. *Decimo*) ſolertiſſimus Animadverſor opponet, hunc *eſſe Cauſæ delicatiſſimum Articulum*, cum probanda ſit *prudentia Chriſtiana in Spirituali quum Monialium SSmæ Annuntiationis, tum earum, quas vulgo Bizocas vocant, directione, conſiliorum indole, quæ ipſis a Ven. Viro dabantur, aliaque hujusmodi.* Audiendæ igitur erant Moniales aliquæ Monaſterii SSmæ Annuntiationis Ordinis Benedictini; audiendæ Moniales aliquæ domeſticæ, & Tertiariæ S. Franciſci; audiendæ Tertiariæ aliæ S. Franciſci a Paula, & nonnullæ aliæ Fæminæ nobiles: quæ certe, præſertim Moniales Benedictinæ, longiori temporis ſpatio Servum Dei agnoverant, quam quatuor, aut quinque Viri Religioſi; qui in Conventu Amalphitano ſuperſtites erant, cum prima Inquiſitio auctoritate Ordinaria eſt peracta. Minime vero aſſentimur cl. Animadverſori, qui in nos retorquere vult rationes, quibus Poſtulatores a dolo malo defendimus. Quoties enim eſt aliqua probabilis ratio, qua quis a fraude excuſari poteſt xcuſandus eſt: ita ſcilicet ut ſi id, quod fraudis fundamentum ponitur, potuerit ſine fraude accidere, nemo ex hoc fundamento dicendus ſit fraudem commiſiſſe. Contra: etiamſi aliquid potuerit ex frande oriri, non ſtatim concludendum eſt, dolo malo, aut fraude id factum, niſi aliunde probetur. Nam dolum alleganti incumbit onus probandi, præſertim quum agitur de crimine inferendo: Actor eſt enim in exceptione ſua. Exempli loco ſit defectus Confeſſariorum: potuit hic accidere vel ex fraude (per hypotheſim falſam id nunc pono), vel ſine fraude, ſiquidem jam obierant Confeſſarii, aut alia ratione erant impediti. Aſſerimus, potius præſumendum eſſe, Poſtulatores ex hac ſecunda ratione omiſiſſe examen Confeſſariorum, quam ex dolo. Ac revera rationem & conjecturam noſtram Catalogus, quem *numero I. Summarii Addition.* exhibemus, confirmat.

11 Aliam ſuſpicionem excitant Animadverſiones ex Proceſſu ſecundo Informativo. Cur enim anno 1742. alter proceſſus informativus confectus fuit, quum anno 1694. jam primus fuiſſet conſtructus? Sed viciſſim quæram? An non *utile* fuit, novum Proceſſum auctoritate ordinaria confici, quum petenda erat Signatura Commiſſionis, tot annis a prima Inquiſitione jam elapſis? Annues, opinor, quandoquidem *ex rigore* ita fieri debet, & etiamſi alio modo res perfici poſſet, utilitas evidens eſt. Continuatio famæ ſanctitatis probanda erat; proceſſus anno 1694. *ex veteri praxi & more* erat confectus; noſtræ cauſſæ novum ſplendorem acceperaut, ac novæ regulæ erant ſtabilitæ: aderant Teſtes oculati jam in extrema ſenectute conſtituti, quos præſtabat illico ad examen vocare, ne forte ex aliquo caſu Apoſtolica Inquiſitio retardaretur. Prudentiſſime igitur ſe geſſerunt Poſtulatores, qui ſecundam Inquiſitionem auctoritate ordinaria anno 1742. fieri procurarunt; neque ſuperflui cenſendi ſunt illi ſumptus, qui nunc tam bene collocati noſcuntur. Tametſi vero concederemus, in primo Proceſſu anni 1694. mentionem de actibus ſpecificis virtutum non valde locupletem fieri, & hanc fuiſſe unicam cauſam, cur Poſtulatores, nova ut conficeretur inqui-

ſitio

ſitio, peterent, nihil id tamen cauſſæ noceret. Sæpe enim accidit, ut cauſſa non bene in primo Proceſſu ordinario illuſtrata, novo examine, & clarioribus articulis, ac interrogatoriis secundæ inquiſitionis in bono lumine collocetur. Neque id exemplis eſt comprobandum, quod vel sola ratione demonſtratur. Non tamen propterea inferas, tam parce ac jejune locutos fuiſſe Teſtes ordinarios anni 1694., quam volunt Animadverſiones; multo vero minus credas, Defensores de primo illo Proceſſu parum sollicitos vim omnem & spem collocaſſe in altero Proceſſu anni 1742. Præter *titulum V. demonſtrationis virtutum Servi Dei* (*a*), ubi exscribitur *jurata teſtificatio Beati Bonaventuræ a Potentia de virtutibus Ven. Dominici Girardelli*, in parte II. ejus demonſtrationis, ubi Elenchus proponitur virtutum heroicarum, quibus Ven. Dominicus emicuit, per genera & species, actusque individuos diſpoſitus, paſſim occurrunt egregiæ atteſtationes ex prima Inquiſitione Ordinaria depromptæ. Sic *Actu III. Fidei* (*b*) ex Processu Ordinario anni 1742. *tres teſtes* citantur; ex Proceſſu Ordinario anni 1694. QUATUOR expreſſe producuntur, indicatis *aliis quatuor*, qui cohærent, *Actu V.* ejusdem Virtutis(*c*) ex secundo Proceſſu Ordinario *unus teſtis* nominatur; ex primo QUATUOR recensentur. Confer reliquos actus, & plane perspicies, falſiſſimum eſſe, Defensores in Elencho Virtutum de primo Proceſſu parum sollicitos, vim & spem omnem in altero Proceſſu collocaſſe.

32 Ultro quidem concedimus, Teſtes in Proceſſu secundo auctoritate ordinaria conſtructo, ac potiſſimum in Apoſtolico uberius & enucleatius de virtutibus specificis Servi Dei fuiſſe locutos. Novam suspicandi causam inde eruit solertiſſimus Censor. Quid enim id ita fieri potuit? Immo ego respondeo, fieri aliter non potuiſſe. Si exemplis uti vellem, præſto mihi essent omnes Proceſſus more antiquo confecti, in quibus parcæ & jejunæ sunt atteſtationes, ſi conferantur cum Proceſſibus, qui recentibus temporibus fieri consueverunt. Evidens ratio penitus persuadet, id ſine ulla fraude & dolo poſſe, vel potius debere accidere. Fac enim, Teſtes sub *unico interrogatorio* respondere; atque eos iterum examini subiice, & de pluribus actibus specificis interroga, *articulos* bene digeſtos ob oculos pone, *interrogatoria* de minutiſſimis rebus exhibe. Quis miretur, teſtem uberius & clarius sub hoc secundo examine, quam sub primo teſtimonium proferre? Quis magis non miraretur, ſi contrarium accideret? *Undecim* tantum facta fuerunt *interrogatoria* in Proceſſu illo primo; ex his solum *nonum* de virtutibus Servi Dei quærebat. At hoc interrogatorium, inquis, *specialibus interrogationibus plenum erat, ſingulas complectebatur virtutes*. Itane vero? Integrum illud exscribam, quale ex *Process. fol.* 1431. *a terg.* offerebant præteritæ Animadverſiones sub numero 20., pag. 6.: *An sciat vel dici audiverit*, quod dictus *Servus Dei P. Fr. Dominicus a Muro fuit exactus obſervator Mandatorum Dei, Eccleſiæ, & Obſervantiæ suæ Regulæ, salutis animarum, & Dei gloriæ zelator, amator virtutum, & laudabilis vitæ?* Judicent nunc Ampliſſimi Patres, an hujusmodi interrogandi ratio teſtium memoriam æque poſſit excitare, ac specialia interrogatoria de ſingulis virtutibus & actibus, & articuli plures cura & diligentia Poſtulatorum diſpoſiti ad eas virtutes, eosque actus indicandos, quibus aliunde noverant, Servum Dei excelluiſſe.

Reſponſio ad §. 7. Animadverſionum.

ex-

(*a*) *Parte I. a pagina* 25. *ad* 28.
(*b*) *Pagina* 37. *& seq.*
(*c*) *Pagina* 43.

In Proceſſu Apoſtolico *quinquaginta octo interrogatoria* ex Urbe miſſa leguntur ad eruendam veritatem ex Teſtibus maxime accommodata : *articuli centum & undecim* Romæ producti , & a Poſtulatore dati ſunt pleoiſſimi, accurate digeſti , & ad memoriam teſtium excitandam opportuniſſimi. Neque ad ullam prohibitam inſtructionem confugias . Ut enim omittam , aliquam eſſe poſſe *non prohibitam* inſtructionem , ex qua etiam pleniores atteſtationes originem ducere potueruot , ad removendam omnem doli ſuſpiciooem a Poſtulatoribus ſatis eſt , quod Teſtes , qui plura afferunt in medium , plenius & diſtinctius ſint examinati . Quod autem poſt tantum temporis ſpatium præſumi oporteat rerum oblivionem , ut alicubi a nobis poſitum eſt, nihil obeſt,quum Teſtes ipſi interrogati reſpoudeant , ſe *certo ſcire* . Tunc enim præſumptio oblivionis eliditur per ipſam veritatem contrariam. Conſtat enim ſenes , ea præſumptione nihil obſtante , firma claraque memoria plura retinere , quæ pueri viderunt , aut geſſerunt . Sane Farinaccius , quem eo loco laudavimus , ait (a) , teſtem poſt didicita teſtificata examinari poſſe , *qui licet didicerit , & percunctatus fuerit teſtificata , eorum tamen oblitus eſt* . Poſſet aliquis reponere , Teſtis , qui oblitus eſt teſtificatorum , fruſtra examini ſubjicietur , Reſponderet Farinaccius , ſtare optime poſſe hæc duo , quod teſtis oblitus fuerit teſtificatorum , & nihilo minus idoneis interrogationibus admonitus ea , quæ viderit , recordetur : cui propterea credendum eſt , ſi juratus dicat , ſe recordari , quidquid ſit de præſumptione oblivionis . Quare non ſemper locupletiores ſunt Teſtes , quum recentior eſt memoria factorum , ſed interdum ex ratione diverſa interrogandi etiam poſt magnum elapſum intervallum Teſtes vel iidem , vel alii denuo inducti veritatem magis dilucide exponunt : in cujus rei confirmationem fere omnes Proceſſus Apoſtolicos in noſtris cauſſis confectos poſſem advocare ; adſtipulante ratione , quod recentem rerum memoriam abunde compenſat magis explanata interrogatio , & diligentior Inquiſitio ; & plerumque eo tempore intermedio per mutua colloquia hinc inde habita memoria ipſa rerum præteritarum excitatur , & firmior inhæret .

Reſponſio ad §.8. Animadverſionum .

13 Tandem coucedit clariſſimus Animadverſor , ab interrogatoriis , & articulis , qui fuſiores ſint atque enucleatiores , repeti poſſe excitationem memoriæ rerum in teſtibus , & depoſitiones locupletiores : ſed novo arguendi genere contendit , liberum eſſe judicibus fuſiores teſtium depoſitiones præviæ inſtructioni prohibitæ attribuere ea ratione , qua nos reſpondemus , eas plenioribus interrogatoriis & articulis eſſe adſcribendas : quum enim unius , ejuſdemque effectus plures poſſunt eſſe cauſæ , non debet uni potius , quam alteri imputari . Nihil hoc argumento infirmius , nihil fallacius . Primum,quum effectus poteſt provenire a cauſa , quam exiſtere conſtat , non eſt confingenda alia cauſa , quam non conſtat extitiſſe . In re noſtra certi ſumus de plenioribus interrogatoriis , & uberioribus articulis : de prohibita inſtructione nemo nos reddit certos . Igitur recte nos fuſiores atteſtationes rationi diverſæ & magis idoneæ interrogandi adjudicamus . Judicibus vero liberum non eſt eum effectum prohibitæ inſtructioni , hoc eſt , crimini Religioſorum virorum , & teſtium graviſſimorum minime probato attribuere . Deinde onus ipſe ſuſcipis probandi adfuiſſe dolum : id confi-

ce

(a) *De Teſtibus quæſtion. 75. num. 247.*

cere vis ex prohibita inſtructione, quam debes probare: inſtructionem prohibitam extitiſſe colligis ex uberioribus depoſitionibus. Id autem qua ratione colligis, quum fatearis hunc effectum ex pluribos cauſis oriri poſſe? Id enim perinde eſt, ac ſiquis ex morte hominis, quæ tot cauſas habere poteſt, argueret, eum hominem ferro occiſum, aut igni abſumptum, aut pleuritide extinctum. Noſtra vero reſponſio firma eſt & valida: etenim ſatis nobis eſt, ſi crimen doli objectum non probari oſtendamus, quod manifeſto demonſtratur, quom liqueat, pleniores teſtium depoſitiones *ex alia cauſa*, quam *ex dolo*, poſſe originem trahere, præſertim qoum *cauſam idoneam exiſtentem* exhibeamus, cui hic effectus adſcribi poteſt, &, niſi aliud probetur perſpicuis rationibus, omnino debet. Quare ſuſpicionem omnem fraudis a Poſtulatoribus vel hoc ſolo removemus, quod *rationem ſuſpitandi ineptam* eſſe commoſtramus: nam de ſuſpicione inani laborandum nobis non eſt. Inanem autem ſuſpicionem eam vocamus, quæ nulla, aut fallaci ratione innititur. Omittimus Poſtulatores noſtros illis rationibus, & *probabilibus cauſis* vindicare, quas profert Benedictus Pontifex XIV., quæque in themate longe diverſo olim proferebantur; non enim culpa negligentiæ opponebatur, niſi quum nulli teſtes oculari, aut auriti a videntibus ex Proceſſu Ordinario reperi potuerunt in Apoſtolico ob temporis dilationem. Idem Sapientiſſimus Pontifex (a) quærens, an fieri valeat conjuctio Proceſſus Ordinarii, & Apoſtolici, ut ad cauſſam Beatificationis, & Canonizationis procedi poſſit, quum in Apoſtolico ſolum auriti teſtes inducti ſunt, inter alia, quæ requiruntur, ut ea conjunctio fiat, ait, (b) *quod nulla interſit Poſtulatorum negligentia, ut annotavit bon. mem. Jo. Baptiſta Bottinius in ſuis Animadverſionibus editis ſuper hoc articulo in Cauſa Viterbienſi B. Hyacinthæ de Mariſcottis..... Conſiderandum propono* (verba ſunt Bottinii), *an de aliqua negligentia redargui poſſint ipſi Poſtulatores, ob quam fieri non potuerit Teſtium repetitio in Proceſſu auctoritate Apoſtolica: Proceſſus quippe auctoritate Ordinaria fabricatus fuit anno 1688., unde niſi dilata fuiſſet confectio Proceſſus auctoritate Apoſtolica uſque ad annum 1692. non contigiſſet obitus tot teſtium in illo examinatorum, quorum proinde repetitio commode fieri potuerit &c.* Concludit Pontifex, in hujuſmodi Cauſſis Poſtulatores feliciter propulſaſſe notam culpabilis dilationis, *oſtendendo probabiles cauſas, propter quas tanto tempore Proceſſus Apoſtolici conſtructionem diſtulerant*. Quamobrem ab hac doli & negligentiæ ſuſpicione, non ſolum *probabilibus*, ſed certis rationibus & facti ipſius expoſitione expediti, ad alia explicanda aggredimur.

14 Teſtium fides in diſcrimen vocatur, excepto ſcilicet Beato Bonaventura a Potentia, paucisque aliis, quos firmi judicii, rectique ingenii eſſe confirmatur. Præſtitiſſet, *paucos hos alios* nominari, ut ita ea ſaltem, quæ ab his teſtibus dicuntur, probata eſſe conſtaret: tum facilius aliorum defenſio ſuſciperetur, ſi maxima ex parte cum his ipſis *firmi judicii rectique ingenii* teſtibus convenirent. Certe accuſatio vaga intentatur: *homines facile creduli, phantaſia vividiori præditi, feminæque plures ſomniis, ac viſionibus quum ridiculis, tum indecoris proclives*. Quinam ſunt hi homines? quænam hæ plures feminæ? Ego ſumo tabulas in manus: & in catalogo teſtium Proceſſus Apoſtolici invenio Thomam Salati teſtem III. *Sacerdotem profeſſum Ordinis Minorum Conventualium*; Laurentium Anaſtaſio teſtem VI. *Sacerdotem*; Franciſcum de Lieto teſtem VII. *Canonicum*; Carolum Manü *juris utriusque Doctorem* Teſtem VIII. *Canonicum*

Reſponſio ad §. 9. *Animadverſionum.*

The-

(a) *Magn. opere lib. II. cap. V.*

(b) *Num. 14.*

Theſaurarium; Dominicum Antonium Ferrigni Teſtem XV. *Canonicum*; Dominicum de Ancora Teſtem XVI. *Decanum Eccleſiæ Amalphitanæ*; Joſephum Mariam Contaldi Teſtem XIX. *Definitorem generalem Ordinis Minorum Conventualium*, *&* *Ex guardianum*; Franciſcum Mariam Panſa Teſtem XXI. *Guardianum Conventus Amalphitani Ordinis Minorum Conventualium*; Andream Gambardella Teſtem XXIII. *Præpoſitum Collegiatæ Eccleſiæ Civitatis Atrani*, *& utriuſque juris Doctorem*; Benedictum Gambardella Teſtem XXXII. *Canonicum Primicerium Eccleſiæ Amalphitanæ*; Andream Lucibello Teſtem XXXIII. *Canonicum Theſaurarium Eccleſiæ Amalphitanæ*. Prætereo alios ex hoc proceſſu Viros Nobiles, Cives honoribus ſplendentes, & Doctores. Plures ex his teſtibus repetiti ſunt ex Proceſſibus ordinariis. Addi poteſt ex Proceſſu ordinario anni 1694. Michael Ferrigno Teſtis X. *Sacerdos profeſſus Ordinis Minorum Conventualium*; Antonius Caſanova Teſtis XV. *Canonicus Eccleſiæ Amalphitanæ*; Franciſcus Caſabona Teſtis XXVIII. Sacerdos, & *Parochus*. Si alii deeſſent Teſtes in hac Cauſa, nonne vel hi ſoli abundarent ad plenam probationem efficiendam? Neſcio certe quid majus, aut plenius a Poſtulatoribus *Amalphi* confici potuerit, præſertim quum acceſſerit præclariſſimum BEATI BONAVENTURÆ A POTENTIA teſtimonium, quod in paucis cauſſis ſolet accidere.

15 At feminæ plures ſunt auditæ in Inquiſitionibus in ſomnia, & viſiones maxime proclives. Nihil id certo obeſſet, etiamſi fuiſſe verum fingas, quum tam magnum Canonicorum, & Sacerdotum numerum præter alios *firmi judicii*, & *ingenii viros*, tum *plures* etiam *feminas*, *quibus proclivitas in viſiones obiici nequit*, inter Teſtes habeamus. Sed quum plurimæ ſint feminæ in examen vocatæ, *quot* credis eſſe, viſionibus, ut ego puto, illuſtratas, ut tu affirmas, deceptas? In ſuperioribus Animadverſionibus nonnullæ feminæ indicatæ ſunt, quibus id opponeretur: eas omnes ſingillatim vindicavimus in *prima reſponſione* (*a*). Ex Proceſſu Apoſtolico vix una femina, & vir unus nominantur, qui narrarunt, animam cujuſdam ſuæ Sororis e corpore egredi viſam in columbæ ſpecie; quod Teſtis I. refert *de auditu a Matre* inquiens: *quanto di ſopra ho depoſto, mi fù immediatamente raccontato da detta mia Madre*: Teſtis XIV. de viſu proprio idem narrat. Nihil aliud ex hoc capite viſionum contra Teſtes Proceſſus Apoſtolici repetitur. Hæc autem ipſa viſio cur *ridicula*, cur *indecora* dicitur? Exempla innumera ſunt in hiſtoria Eccleſiaſtica, vitiſque Sanctorum, quod quædam innocentes animæ viſæ ſint inſtar columbarum e corporibus evolare. De *S. Scholaſtica*, & *S. Thereſia* diximus in præterita Reſponſione; addimus *S. Potitum*, *S. Quintinum*, *S. Reparatam*, *S. Devotam*, *S. Spem Abbatem*, *S. Felicem Trevirenſem*, *S. Menignum Fullonem*, *S. Blaſium Armentarium*, *SS. Vitum*, *Modeſtum*, *&* *Creſcentiam*, *S. Olivam*, *S. Amatorem*, *S. Policarpum*, *utramque Eulaliam Emeritenſem*, *& Barcinonenſem*, ut alios præteream.

16 Expulſa difficultate a Proceſſu Apoſtolico, ad Proceſſum ordinarium anni 1694. devenio. Imago Servi Dei quibuſdam feminis ſomniantibus apparuit, earum tentationes diſpulit, difficultates explicuit, aut morbos ſanavit. Neque id quidem *ridiculum*, aut *indecorum* dici debet. Teſtis XI. narrat, V. Dominicum in Inſula Capreæ exiſtentem ſibi dormitanti apparuiſſe, ſanamque a malignis ulceribus reddidiſſe, quæ Medicus inſanabilia judicaverat. Teſtis XII., Soror Sanatæ prodigioſam repentinam ſanatio-

(*a*) *Pagina* 48., *&* *ſeqq. a numero* 51. *ad* 55.

tionem confirmat. Cur hi Teſtes reiicientur? An quia *miraculum* ope Ven. Dominici patratum referunt? Nullam aliam exceptionem video. Poteras eamdem exceptionem obiicere *Beato Bonaventuræ a Potentia*, qui de auditu id ipſum confirmat in ſua teſtificatione excripta in *demonſtratione virtutum* (a): *io ho inteſo dire, che il detto Padre Fr. Domenico ritrovandoſi nell'Iſola di Capri foſſe accorſo nel medeſimo tempo ad una inferma nella Terra di Atrano: però non mi ricordo, ſe in ſonno, o in veglia; e mi fù detto, che guarì*. Supereſt, ut ſomnia, & viſiones paucarum aliarum feminarum inſpiciamus; quæ ſcilicet ſunt ſex Teſtis I., XVI., XVII., XIX., XXI, & XXIII. De ſomnio Teſtis XVI. Sororis Angelæ Columbæ Salato abunde diſſeruimus in *præterita reſponſione* (b). Nunc ſolum effectum notabo: *la mattina ſeguente, ſenza ch'io aveſſi confidato detto ſogno a perſona veruna, il P. Fr. Domenico da per ſe mi diſſe: ah che bel ſogno! che dolce dormire, non è vero, non ti volevo ſvegliare! &c. da quel ſogno in poi mi viddi ſempre avanzata nella grazia di Dio, nel profitto dell'orazione, e lumi interni*. Vides omnia ſigna ſomnii a Deo immiſſi, ſive conſideres, ab ipſo Dei Servo fuiſſe Divinitus cognitum, ſive effectus conſequentes expendas. In ſomnio, vel apparitione Teſtis I. nulla reprehenſionis umbra apparet: *Ritrovandomi*, ait, *un giorno inquieta di mente, e travagliata da varie tentazioni ſino ad un'ora e mezza di notte, e poſta in letto quell'ora medeſima, e ſtando più vigilante, che dormendo con li medeſimi travagli, mi viddi &c. dopo le quali riprenſioni reſtai quieta, e libera da dette tentazioni.... La mattina mi comunicai quietamente*. Atque iterum: *Mentre io ſtavo lavorando una mattina con qualche travaglio, mi comparve il detto Padre Domenico con la cotta, però non mi diſſe coſa alcuna e perchè il comparire, e ſparire fù in un momento, e mi viddi quieta*. Teſtis XVII. refert, ſe a doloribus ſtomachi in ſomniis a Ven. Dominico ſigno Crucis liberatam: *mi pareva, che mi faceſſe il ſegno di Croce allo ſtomaco dicendomi, noli amplius peccare.... Gli diſſi: Padre, mi compariſti l'altra notte, e mi ſegnaſti nello ſtomaco; lui mi riſpoſe: Tu non hai avuto queſto deſiderio, che io ti ſegnaſſi per reſtar libera da tal dolore: ora, figlia mia, fà, come ti diſſi: noli amplius peccare, che altrimente errando, ti tornerà detto dolore: ed in fatti ogni volta, che io commettevo qualche mancamento, mi ritornava detto dolore*. Quæ ita a me referuntur, non ſolum ut inanitatem objectionum oſtendam, ſed ut ſanctitatem Ven. Dominici, tot miraculis, & prædictionibus, & cordium perſcrutatione manifeſtatam, commoſtrem.

17 Simile eſt, quod narrat Teſtis XIX. *Mentre io ero tentata, e credevo, che quella non foſſe tentazione, per lo che ero reſitente a comunicarla a detto Padre Frà Domenico, lui mi appariva &c., e così reſtavo chiarita, e mi vedevo tutta allegra &c.* Conſonat Teſtis XXIII.: *Io poi avevo neceſſità di conferire tutto quello, che mi accadeva di dubbj ſopra le ſudette coſe, e ſoſpiravo frà me ſteſſa la perſona del detto Padre per domandarlo; nelle notti ſeguenti (che queſto fù da trè volte in circa) mi compariva in ſonno detto Padre Domenico, e mi ſodiſfaceva a tutto quello, che io deſideravo di eſſere ſodiſfatta colla ſua preſenza, e reſtavo quietiſſima*. Hæ appaririones, Servo Dei vivente contigerunt. Teſtis XXI. memorat (c), Servum Dei poſt mortem apparuiſſe ſibi ſomnianti, & præcepiſſe, ut Con-

 feſ-

(a) *Part. I. titulo V. ſuper duodecimo articulo, pagina 28.*

(b) *Pagina 68. a numero 69. ad 72.*

(c) *Summar. pagina 173. §. 55.*

feſſario deſignato ipsa & ceteræ Moniales exacte obedirent, idque suo nomine Abbatiſſæ renunciaret. Quum illa id efficere renueret, *nel rispondere*, inquit, *io così, mi parve di sentirmi dare da lui uno schiaffò alla masccella deſtra, ed in inſtanti mi ſveglai &c. per quello schiaffò mi sentii un dolore grande, che mi durò otto giorni*. Credidit viſionem Monialis, & ceteræ, ea re intellecta, Confeſſarii conſiliis acquieverunt. His Teſtibus, ut dixi, confirmari poteſt, inter cæteras gratias, quibus inſignitus eſt Ven. Dominicus, hac etiam fuiſſe divinitus decoratum, ut vivens mortuusque ad spiritualem animarum salutem promovendam sæpius apparuerit in loco diſtanti, quod de multis aliis Sanctis hominibus narrant hiſtoriæ. Nequaquam vero imbecillitas judicii in Teſtibus arguitur, aut falſitas apparitionum evincitur. Quæram nunc, an vel hæ ipsæ feminæ, quarum fides ex his apparitionibus ab Animadverſionibus reiicitur, non satis probent in cæteris omnibus rebus? Benedictus Pontifex XIV. de feminarum teſtimoniis ait (*a*): *Earum atteſtationes non recipiuntur, ut judicium ferant de actus heroicitate, aut de exceſſu facti supra vires naturæ; recipiuntur dumtaxat, ut actum, & factum exponant cum suis circumſtantiis.... Sane quando de puro facto res eſt, & de ejus circumſtantiis, ſi femina honeſta ſit, ſi fide digna, interrogatoriis judicum satisfecerit, nihil obſtare videtur. quin ejus teſtimonium in cauſis, de quibus agimus, recipiatur*. Quid quod non solum honeſtas, sed etiam egregiæ virtutes harum Monialium unanimi consensu Teſtium confirmantur? Lege ſis in elencho *titul. III. Actu II.*, *pag. 63*. Teſtem X. Proceſſus ordinarii secundi; *Actu III. pag. 65. in fin. & seq.* Teſtem XVII. Apoſtolicum; *Actu IV. pag. 68, in fin., & seq.* Teſtem XII. Apoſtolicum; *Actu V. pag.* 71. Teſtem XV. Apoſtolicum; *Actu VIII. pag.* 81. Teſtem XXXIII. Apoſtolicum, qui etiam confeſſiones. Monialium SS. Annunciationis audivit, *Titul. IV. Actu I. pag.* 87. Teſtem XII., & XXXIII. Apoſtolicos; *Actu VII. pag.* 108. Teſtem XII. Proceſſus secundi informativi; *Actu VIII. pag.* 110. *in fin.* Teſtem IX. Apoſtolicum; *Titulo V. Actu II. pag.* 118. Teſtem II. Apoſtolicum, aliosque plures, qui *in hoc actu, & in duobus sequentibus* laudant probatiſſimos mores, & opinionem sanctitatis Biguinarum, & Monialium, ac præ ceteris nominant *Angelam Mariam Salati, & Agatham Salati biguinas*, duas Moniales ex familia *Crisconio*, & quatuor ex familia *Salati*. Scire autem oportet, Teſtem I. inquiſitionis primæ ordinariæ eſſe *Domn. Margaritam Salato*, *Monialem*; Teſtem XVI., *Angelam Columbam Salato*, *Monialem*; Teſtem XXI. *Rosam Geltrudem Salato*, *Monialem*, adeoque ex earum numero, quæ nominatim a Teſtibus laudantur, aut eæ omnes sunt. ut pronum eſt coniicere. aut certe aliqua earum. Præterea *aliæ plures* sunt *feminæ* examini subjectæ, *quibus minime hæc objecto apparitionum intentatur*: nimirum in primo Proceſſu ordinario Teſtis II. *Angela Mutilipaſſi*, quæ Servum Dei Confeſſarium habuit; Teſtis III. Soror *Catharina Gagliardo*, biguina Franciscana; Teſtis IV. *D. Angela Anaſtaſio*; Teſtis V. Soror *Agatha Salato*, Monialis domeſtica; Teſtis XI. *Margarita Gambardella*, tertiaria S. Francisci, quæ Directorem Spiritualem Servum Dei eſt nacta; Teſtis XIII. Soror *Clara Cardamona*, tertiaria S. Francisci de Paula Confeſſario Servo Dei usa; Teſtis XVIII. *Domna Lucia Salato*, Monialis Benedictina; Teſtis XX. *Damna Angela Tereſia Salato*, Monialis Benedictina; Teſtis XXII. *Domna Maria Tereſia Salato*, Monialis Benedictina; Teſtis XXV. Soror *An-*

(*a*) *Lib. III. de Beatific. cap. VI. num. 7.*

Angela Maria Gagliardi, tertiaria Franciſcana; Teſtis XXVII. Illuſtriſſima *D. D. Juditta de Judice* Nobilis Amalphitana, cujus confeſſiones Servus Dei exceperat; Teſtis XXX. ex officio *D. Candida Salato* ad conteſtandum de Miraculis. De feminis, quæ in Proceſſu ſecundo informativo, & in Apoſtolico denuo inductæ ſunt, nihil opus eſt ſermonem inſtituere, quum nulla excitetur controverſia, excepta *Catharina Fronda*, Teſte I. Proceſſus Apoſtolici, de qua vide ſupra *numerum*. . . . Itaque quum tot ſint honeſtiſſimæ feminæ, quibus *nihil obiicitur*; quum illud ipsum, quod *paucis* obiicitur, *inaniſſimum ſit*, quid eſt cauſæ, cur ex earum Teſtimoniis probatio confici non debeat? Nam primum ipsæ ſunt idonei Teſtes oculati, tum in plerisque aliis articulis cauſæ alios idoneos oculatos Teſtes conſentientes habent, ut ex noſtro elencho virtutum evidentiſſime patet: vix enim, ac ne vix quidem eſt aliquis actus, in quo confirmando *plures Teſtes Viri, ac feminæ* non conſentiant.

Reſponſio ad §. 10. *Animadverſionum.*

18 Scrupulum tamen iniicere vult doctiſſimus Cenſor. *Feminæ ſolæ ſunt*, quæ omnia recta. omnia bona fuiſſe dicunt, quæ a Dei Famulo ut Confeſſario, ut Directore, ut Conſiliario *ipſis* ſuggerebantur; Hunc autem delicatiſſimum cauſſæ articulum quis, ſolis feminis auditis, ſibi definiendum arrogaverit? Juvat interrogare viciſſim, ad hunc articulum definiendum quinam alii Teſtes poſſunt admitti? Nam viri de his, quæ a Servo Dei ut *Confeſſario*, ut *Directore*, ut *Conſiliario* feminis ſuggerebantur, non aliter poſſunt teſtari, niſi de auditu ab ipſis feminis, & ex experientia, qua videbant eas in virtute proficere. At iſtiusmodi atteſtationibus plenum eſt Summarium, plenus elenchus virtutum. Recole quæ nuper *præcedenti numero* diximus de feminis ſanctitatis fama illuſtribus, quæ magiſtro vitæ Spiritualis Ven. Dominico uſæ ſunt. Repete ex elencho virtutum *pag.* 29. *part. II. titul. I. Actu I. II. III. IV. VI.*, quæ eſſent Servi Dei crebra de fide colloquia; *titulo II. pag.* 51. *Actu III. IV.*, qua vi & efficacia alios ad bonam de Deo ſpem excitaret; *titulo III.* pag. 59. *actu II. III. VIII.*, quibus conſiliis, & hortationibus amorem Dei inſpiraret, accenſo plerumque vultu, & audientibus ad amandum Deum inflammatis; *titulo IV. pag.* 85. *actu VII. VIII. IX.*, quam ſedulo commoda Spiritualia proximorum promoverit, quam indefeſſe in conciones, & confeſſiones excipiendas incubuerit, quam feliciter infeſtiſſimas Civium diſcordias ſuſtulerit. *Titulo V. pag.* 116. *actus II.* confirmat, quam prudenter munus Confeſſarii, Ordinarii, & Directoris Monialium SS̃mæ Annunciationis ſpatio annorum *duorum* ſupra *viginti* circiter expleverit Actus III. *pag.* 120. *Moniales præfati Monaſterii ad priſtinam diſciplinam regularem aliquatenus intermiſſam intrepide revocavit.* Actus IV. pag. 123. *Sapientiſſimis Conſiliis plurimos adjuvit*. Actus V. pag. 127. *Adeo præditus erat Conſilii dono, ut paſſim ab extraneis, & domeſticis advocaretur, felici cum exitu.* Actus VI. pag. 129. *mira dexteritas in conſcientiis gubernandis, & ad viam ſalutis dirigendis*. Omitto alios actus ex aliis titulis.

19 Ac ne videamur inanes actuum inſcriptiones poſuiſſe, quædam teſtimonia ex *ipſo elencho* proferemus. Actu II. tituli V, part. II. pag. 118. Teſtis II. Apoſtolicus Stephanus Vinatia Notarius regius: *Procurò con tutto lo sforzo di tirare anime al Signore, convertire peccatori, ed animarli a servire Iddio. Fù per molti anni confeſſore delle Monache della SS. Annunziata della Città di Amalfi, e colle sue sante inſtruzioni, e buoni insegnamenti le riduſſe veramente serve, e spose del Signore.* Teſtis V. Apoſtolicus, Matthæus Anaſtaſio: *Fù per molti anni Confeſſore delle Monache della SS. Annunziata di queſta Città; e col suo gran zelo, e salutevoli conſigli*

ſi

ſi vidde fiorire in quella comunità un vero ſpirito criſtiano, e le Religioſe aſſai amanti di farſi ſante &c. Conſonat ibidem Teſtis XI. Joſeph Milano, & Teſtis XVII. Nicolans Salati Civis Amalphitanus, qui ait: *Fù anche prudentiſſimo nella direzione de' ſuoi figli ſpirituali, come furono, non ſolo ſecolari, ma anche Eccleſiaſtici, e tutte le Bizzoche, che eſſo colle ſue belle maniere induſſe ad abbandonare il Mondo, ed in fatti menarono vita eſemplare, e ſanta e trà queſti vi furono anche de' ſuoi Religioſi; che prudentiſſimamente regolò, ed hanno fatto conoſcere gli effetti della prudenza grande del Ven. Servo di Dio con la perfezione, e ſantità della vita loro.... Colle ſue buone maniere, avvertimenti, correzioni ora dolci e ſoavi, ora aſpre, e ſevere riduſſe quel Moniſtero* (SSmæ Annunciationis) *e ſue Monache a vita eſemplare, e ſanta, tantocheſi ammirò in eſſo l'oſſervanza Monaſtica, ed il perfetto tenor della vita &c.* Idem confirmat Teſtis XXIII. ex officio Andreas Lucibello; Canonicus Theſaurarius, qui etiam a confeſſioribus ejus Monaſterii fuerat. *Pagina* 119. Teſtis VIII. Proceſſus ordinarii ſecundi, Franciſcus de Lieto, Canonicus: *Il detto Servo di Dio per molti anni fu Confeſſore delle Monache Benedettine di S. Nicolò della SS. Annunziata di queſta Città, e ſoggiungo, che li ſuoi conſigli erano ottimi, e producevano ottimi effetti, onde era riputato per prudentiſſimo.* Actu IV. ejuſdem tituli pagina 123. Teſtis III. Apoſtolicus Thomas Salati Sacerdos Profeſſus Ordin. Minor. Couventualium: *Molti Religioſi ancora avendo conoſciuto la gran ſantità del detto Servo di Dio ſi ſottopoſero alla di lui direzione, come fù il P. Maeſtro San Fele, il Ven. Servo di Dio P. Bonaventura da Potenza, il P. Angelo di Aleſandria della Paglia il P. Antonio da Piescopagano, ed altri Religioſi del mio Ordine, eſſendo tutti viſſuti e morti con gran fama, e ſtima di ſantità...... Molte perſone ſecolari, ed in particolare molte donne moſſe da' conſigli, e ſante iſtruzioni del Servo di Dio ſtabilirono di abbandonare il mondo, e le di lui vanità, e veſtirſi dell'Abito Religioſo di terziaria di S. Franceſco, e di geſuita le quali ſotto la guida e direzione del Servo di Dio arrivarono ad un perfetto grado di ſantità fino ancora a far prodigj, ed io per grazia del Signore mi trovo Religioſo Minore Conventuale per forti perſuaſive, e grande animo, che mi diede lui a farmi Religioſo.* Actu V. ejuſdem tituli pag. 128. Teſtis Apoſtolicus XV., Antonius Ferrigni Canonicus, qui etiam fuit *ex Officio* inductus in proceſſu ſecundo informativo: *Fù grandiſſima la prudenza del Ven. P. Domenico da Muro, ed i ſuoi conſigli molto rari e Santi, riuſcendo maraviglioſamente a prò di tutti.* Ibidem Teſtis XXIII, Apoſtolicus, Andreas Gambardella, Præpoſitus Eccleſiæ Atranenſis: *Praticò ancora gran carità col proſſimo, aſſiſtendo di continuo a' Confeſſionali . . . . , ed erano invidiati i ſuoi penitenti, perchè da lui ſi confeſſavano, e ſi facevano dirigere . . . . ed in fatti furono mirabili i progreſſi nella via del Signore . . . . molte ſue penitenti dirette dal medeſimo menarono vita molto buona, ed eſemplare.* Actu VI. ejuſdem tituli pag. 130. Teſtis XIII. Apoſtolicus, Cajetanus Caſanova, Civis Amalphitanus: *Per il gran zelo, che aveva dell'onore e gloria di Dio riduſſe egli molte donne ad abbandonare il mondo, e veſtir l'Abito di terziaria di S. Franceſco, le quali poi guidate dal Servo di Dio ſi fecero tante ſantarelle, trà quali mi ricordo, che fù Suor Agata Salati, già morta, e ſtimata per Serva di Dio, e Suor Angela Maria Gagliardi, la quale mena una vita molto eſemplare &c.* Ibidem pagina 131. Teſtis XXI. Apoſtolicus, Franciſcus Maria Panſa, Guardianus Conventus Amalphitani: *Molte ſue Penitenti per ſuo conſiglio ſi veſtirono dell'Abito di Terziaria di S. Franceſco, e ſotto la ſua dire-*

zione molto ſi avanzarono nello ſpirito; ed alcuni Religioſi ancora, fra' quali il Ven. Servo di Dio P. Bonaventura da Potenza morto in Ravello, e propoſto nel noſtro Convento con ſtima di Santità, con licenza de' Superiori vi ſi portarono in queſto Convento di Amalfi per eſſer diretti dal detto Servo di Dio P. Domenico, di modo che per le sue gran virtù, che sempre eſercitò in grado aſſai sublime non mancò mai di giovare a tutti in ogni modo e maniera. Quidni etiam Beatum Bonaventuram a Potentia audiamus? Ita part. I. Elenchi titulo V. pag. 25. & seq. inter alia .. *Io ho conoſciuto il P. Fra Domenico da Muro con l'occaſione, che ero determinato nella mia mente di paſſare alla Religione del glorioso S. Pietro d'Alcantara, ed aspettavo la licenza del mio Superiore, ed avendo ciò comunicato al mio Padre Provinciale chiamato il P. Maeſtro Fr Giuseppe d' Alvito buon'anima, mi diſſe, che lui non aveva queſta autorità, e che foſſi ricorso al P. Generale: però, SE VOLEVO QUIETARMI, mi averebbe mandato in Amalfi, dove ſtava un buon Servo di Dio, chiamato il P. Fr. Domenico da Muro, e di fatto mi diede l' obbedienza per Amalfi, dove io mi portai, e MI TRATTENNI SOTTO LA DIREZIONE DI DETTO P. FR. DOMENICO PER LO SPAZIO DI ANNI SETTE, E PIU' MESI, E MI CI SAREI TRATTENUTO PIU', se la santa obbedienza non mi aveſſe mandato altrove .... In quanto al zelo della salute delle anime, e della gloria di Dio ERA UNICO, E QUESTO PROPRIO LO SCOPO SUO, e credo, che Noſtro Signore Iddio l'aveſſe FATTO NASCERE A POSTA &c.* Pagina 27. sub finem: *Sò, che MOLTI RELIGIOSI DEL MIO ORDINE TIRATI DALLA BUONA FAMA DI SANTITA' del detto P. Fr. Domenico vennero a ſtanziare, quì in Amalfi, SOTTOPONENDOSI ALLA SUA DIREZIONE &c.*

20 Viros hic vides graviſſimos, non feminas, ceteroquin Religioſiſſimas, teſtes a nobis produci. Quæ pauca ex multis teſtimonia satis oſtendunt, quam divina prudentia Servus Dei se geſſerit in conscientiarum quum virorum, tum feminarum directione: adeoque ex his evincitur, omnino credendum eſſe *tot piiſſimis fœminis*, quarum fides eſt rogata, dum teſtantur, *omnia recta, omnia bona fuiſſe, quæ a Dei famulo ut confeſſario, ut directore, ut conſiliario ipſis ſuggerebantur*. Nam & *de facto proprio* deponunt, & de rebus, quas alii propria scientia scire non poterant, niſi quatenus optimos effectus notabant; ac propterea magno numero, atque ex diverſis claſſibus fœminæ ad examen sunt vocatæ, ex quo fit, ut etiamſi in *earum aliqua* comminisci velis *aliquam exceptionem*, tamen id in plerisque nemo niſi temere audebit aſſerere. Nota eſt autem regula, quod in teſtibus, qui aliquam patiuntur exceptionem, *supplet numerus*. Equidem valde miror, cur sapientiſſimus Animadversor hoc loco aſſerat, ſi tollantur ea, quæ a fœminis, & a Sacerdotibus Laurentio Anaſtaſio, & Carolo Manſi fuso sermone narrata sunt, quæ a reliquis teſtibus commemorantur, vix ad Sanctitatis famam ſtabiliendam eſſe opportuna. Enimvero ſi *hunc delicatum cauſſæ articulum* de heroica prudentia Servi Dei in conscientiis dirigendis, quem solis fœminarum dictis inniti objiciebatur, tam mirificæ *solis adductis virorum teſtimoniis* confirmavimus, quid in aliis articulis a nobis faciendum putas, ſi liberet experiri? Plures omiſimus Teſtes, ut ex Elencho per se cognoscere poteris, & nihilominus nominabimus *Stephanum Vinatia, Matthæum Anaſtaſio* (alius eſt *Laurentius Anaſtaſio*), *Josephum Milano, Nicolaum Salati, Andream Lucibello, Franciscum de Lieto, Thomam Salati, Antonium Ferringno, Andream Gambardella, Cajetanum Casanova, Franciscum Mariam Pan-*

sa,

ta, *Beatum Bonaventuram a Potentia*. Vides, neque *Laurentii Anaſtaſio*, neque *Caroli Manſi* in his auditum eſſe nomen. Confer etiam ſingulos actus Elenchi: reperies, in pluribus actibus teſtimonium *utriusque* deeſſe, in aliis teſtimonium *alterutrius*; denique nullum eſſe actum oſtendes, qui ſatis ſuperque non ſit probatus, etiam rejectis horum duorum Teſtium atteſtationibus. Quamquam cur Laurentius Anaſtaſio Sacerdos, qui Servo Dei morienti affuit, ſæpiſſime cum eo collocutus fuerat, in hac cauſſa rejicietur? Cur Carolus Manſi Canonicus Theſaurarius Cathedralis Eccleſiæ Ravelli, qui viginti ſex annos vitæ Servi Dei attigit, & cum eo frequenter converſatus eſt, ad probationem efficiendam non admittetur? Lege cauſam ejus ſcientiæ titul. II. part. I. Elenchi pag. 10. in Teſte I. *Io ho conoſciuto per molto tempo il Servo di Dio P. Domenico da Muro Religioſo Profeſſo de' Minori Conventuali di S. Franceſco coll'occaſione, che dimorai per lungo tempo nel Convento di S. Franceſco di Amalfi, ove ſtava di ſtanza detto Servo di Dio P. Domenico, e per tal cauſa di continuo ci parlava . . . . Per aver continuamente praticato col detto Servo di Dio, ſo beniſſimo &c.* Sed *fœminæ*, inquis, *& laudati Sacerdotes non ii ſunt, quibus fides a prudenti viro hoc in judicio adhibeatur*: quod ſatis probatum addis in *ſuperioribus Animadverſionibus* §. 31., & in his novis §. 6. In ſuperioribus Animadverſionibus *loco citato* nihil objectum invenio laudatis Sacerdotibus *Laurentio Anaſtaſio*, *& Carolo Manſi*, qui ne nominantur quidem. Sermo eſt de fœminis, quæ apparitiones quaſdam narraverant. Huic objectioni jam fecimus ſatis: & qualis ea cumque ſit, minime nocet tot præclaris fœminis, quæ nihil ſimile retulerunt. Nullum pariter verbum lego in *novis Animadverſionibus* §. 6. contra laudatos Sacerdotes. Eo loco ſuſpicio promovetur contra Poſtulatores, quod poſt primum proceſſum informativum anni 1694., alterum item informativum anno 1742. conficiendum curaverint, quia teſtes in Proceſſu primo ordinario *adeo parce, adeo generice de Servi Dei vita geſtis referebant, ut tamquam inutiles, & omnino inepti ad intentionis Poſtulatorum fundamentum conſtabiliendum fuerint exiſtimati*. Hæc autem ſuſpicio & ſublata penitus a nobis eſt, & contra Sacerdotes Laurentium Anaſtaſio, & Carolum Manſi nullatenus poteſt retorqueri. Nam hi auditi non ſunt in primo proceſſu ordinario anni 1694; ſed in altero 1742., poſtea repetiti in Proceſſu Apoſtolico. Clara hæc ſunt, neque ulla ratione in dubium revocanda. Quamobrem quum jam ſinguli ſpecifici virtutum actus magno Teſtium numero ex utroque Proceſſu informativo, & ex Apoſtolico confirmati ſint in Elencho, quum probationis vis e duobus vel tribus Teſtibus conſurgere valeat, quum e tanto numero Teſtium *paucis* exceptio ab Animadverſionibus opponatur, quum hæc ipſa exceptio plane *omni fundamento ſit deſtituta*, fateri oportet, nihil ultra in hac cauſſa ad probationem perſpicuam conficiendam poſſe deſiderari.

Reſponſio *ad §. 11. Animadverſionum.*

21 Nam quod ad Teſtium dicta attinet, æque facilis, aut, ſi fieri poteſt, facilior eſt reſponſionis ratio. Neque ipſe quidem prudentiſſimus Animadverſor contra producere vult, niſi *unum*, aut *alterum*, quod negotium faceſſere deprehendit. Nulla autem apparet ratio, quamobrem negotium faceſſere potuerit illud, quod ſine ullo fundamento aſſeritur, *demptis generalibus laudum preconiis, quæ ſpecialia, & individua a Teſtibus narrantur, vix demonſtrare, Ven. Virum aliquos Chriſtianarum virtutum actus exercuiſſe, eorum vero habitu imbutum animum habuiſſe non item oſtendere*. Ac primum quum ex Teſtibus liqueat, Servum Dei in unaquaque virtute multiplices actus eliciuiſſe, qui negari poteſt, eum animum

habuiſ-

habuiſſe earum virtutum habitu imbutum? Deinde mox oſtendam, tam clara eſſe de actibus ſpecificis perfectiori modo repetitis teſtimonia, ut non ſolum habitus communis virtutum, ſed ipſa heroica præſtantia evidentiſſime demonſtretur. Nunc enim objicitur nobis, non *ſemper* teſtes apte opportuneque diſtinxiſſe tempora, quibus Dei Famulum agentem viderunt. Fac, *aliquando* Teſtes non diſtinxiſſe. An de re non conſtaret, ſi plerique, ac fere ſemper diſtinxerunt? Neque vero neceſſe eſt, ut ad ſingula interrogatoria reſpondeant, quo certo tempore Servum Dei ita operantem viderint, ſi cauſam ſcientiæ ſemel reddiderunt, ex qua id tempus certo colligerent. Cauſa autem ſcientiæ Teſtium tam diſtinctè, tam ſplendide a nobis in *prima parte Elenchi* eſt explicata, nihil ut manifeſtius poſſit afferri. Longum eſſet, neque porro neceſſarium eſt ſingulos commemorare; unum vel alterum Teſtem proferemus. Teſtis III. Proceſſus antiqui ordinarii part. prim. Elench. titul. III. pag. 17. in fin., & ſeq.: *Io ho conoſciuto*, ait, *molto bene il Servo di Dio Fr. Domenico da Miro, quale è ſtato mio Padre ſpirituale per lo ſpazio di venti anni di continuo*. Hos autem fuiſſe poſtremos viginti annos vitæ Servi Dei facile eſt colligere ex eo, quod Ven. Dominicus *totos viginti duos annos continuos ad obitum usque* Amalphi eſt commoratus: adeoque pauci ſunt Teſtes de viſu, qui non loquantur *de extremo tempore*, quo Servus Dei vixit. Teſtis XV. ejuſdem Proceſſus pagina 20.: *Io ho conoſciuto il P. Fr. Domenico dall' anno mille ſeicento ſeſſantacinque in circa per inſino all' anno della ſua morte: e ci ho avuti diverſi diſcorſi col detto Padre &c. E io la ſera antecedente* (alla morte) *inſieme con altri Sacerdoti mi trovai nella ſua cella in tempo di agonia; che già in quella notte ſe ne morì*. Agnovit igitur Servum Dei *duodeviginti* annos plus minusve. Teſtis I. informativi Proceſſus recentioris pagina 10. *Io ho conoſciuto per molto tempo il Servo di Dio P. Domenico da Miro Religioſo Profeſſo dei Minori Conventuali di S. Franceſco coll' occaſione che dimorai per lungo tempo nel Convento di S. Franceſco di Amalfi, ove ſtava di ſtanza detto Servo di Dio P. Domenico, e per tal cauſa di continuo ci parlava, ed i noſtri diſcorſi altro non erano, ſe non che di coſe ſpirituali, e di Dio, e mai parlava d' altro, ſe non che di Dio. Per aver continuamente praticato col detto Servo di Dio, sò beniſſimo &c.* Teſtis hic repetitus eſt in Proceſſu Apoſtolico, & Servum Dei cognovit impubes ab uſu rationis ad annum decimumquartum ætatis, & deinde pubes annos *duodecim* poſtremos vitæ Servi Dei. Teſtis II. ejuſdem Proceſſus in eadem pag. 20. *Io ho conoſciuto il detto Servo di Dio &c. coll' occaſione, che più volte l' ho veduto in queſta Città d' Amalfi, mentre egli ſtanziava nel Convento di San Franceſco di queſta predetta Città, e fu queſto da circa ſeſſantacinque anni, e poi ſeguitai non ſolo a conoſcerlo, ma anche a parlargli*: decennium ultimum vitæ Ven. Dominici Teſtis hic pubes attigit. Denique in Proceſſu Apoſtolico Teſtis I. pubes *annos novem* Ven. Virum agnovit; Teſtis III. *annos ſex*; Teſtis V. *annos quinque*; Teſtis VI. *annos quinque*; Teſt. VII. *annos novem*; Teſtis VIII., de quo jam dixi, *annos duodecim*; Teſtis IX. *annos duodecim*; Teſtis X. *annos quatuordecim*; Teſtis XI. *anno quatuor*; Teſtis XII. *annos quinque*; Teſtis XIII. *annos tredecim*; Teſtis XIV. *annos duos*; Teſtis XV. *annum unum*. Nihil dico de aliis Teſtibus Apoſtolicis, qui ante pubertatem Servum Dei cognoverunt, nam ad congruentiam inter Proceſſum Apoſtolicum, & ordinarios ſatis, ſuperque eſt hic Teſtium oculatorum numerus cum pluribus aliis *auritis primi gradus*, quos plures eſſe nemo negat.

22 Quod attinet ad vitæ rationem, initam a Servo Dei ante poſtremos viginti duos annos, non mirum videri debet, ſi Teſtes non *multa* aut de viſu, aut de auditu in medium afferant. Siquidem ſolum Amalphi, ubi Ven. Vir duos illos viginti annos continenter tranſegit, confecti ſunt proceſſus, neque erat certè expetendum, ut in aliis locis coſtruerentur. At falſum tamen eſt, noſtros Teſtes, *nihil aut de auditu a videntibus*, *aut de publica voce & fama* narraſſe, quod aptum, opportunumque ſit ad illud tempus illuſtrandum. In elencho virtutum *parte prima*, *pagina* 22. Titulus IV. eſt: *De fama Sanctitatis Ven. Dominici Girardelli*, *antequam ad Civitatem Amalphitanam ſe conferret*. Eo titulo demonſtratur, Ven. Dominicum, puerulum, Divinum Verbum coætaneis explicare ſolitum, eoſque redarguere, qui vanis ſermonibus vacabant, dum ipſe audita ex ſacris oratoribus pro concione referret; adoleſcentem in Conventu Patrum Conventualium Civitatis Muri ſancte educatum, magno animi deſiderio Ordinem Minorum Conventualium amplexum, exemploque ſuo Patrem ad eandem Religionem amplectendam traxiſſe; tirocinii tempore integerrimis moribus, vitæque auſteritate ceteris fuiſſe exemplo; ſtudiorum curriculo peracto totum ſe ad animarum ſalutem convertiſſe: Neapoli, ubi circa annum ætatis trigeſimum degebat, opinionem ejus Sanctitatis jam crebreſcere cæpiſſe. Teſtis III. Apoſtolicus loco citato, pagina 23.: *E' veriſſimo, che detto Servo di Dio ſi portò nel Noviziato in tal guiſa ripieno di tutte le virtù criſtiane, ed illibatezza di coſtumi, ed auſterità di vivere, che i Maeſtri e Religioſi ne reſtavano conſolati, ed oltre modo maravigliati, ed inſinnavano agli altri Novizj ad imitarlo, ſiccome mi fu riferito dai Religioſi degni di tutta la credenza; lo che è pubblico e notorio, ed è ſtata, ed è pubblica voce e fama. E' verità, che detto Servo di Dio dopo fatta la ſua profeſſione, ed ordinatoſi Sacerdote, dopo aver compito il corſo de' ſtudj, ad altro non ſi applicò, ſe non a convertire peccatori, diriggere Anime nella via del Signore, e procurava con tutto il ſuo sforzo a toglier l' offeſe di Dio, ed inſinuare a tutti il suo santo amore e timore di Dio.* Teſtis XIX. Apoſtolicus initio pag. 24.: *La fama della Santità del Servo di Dio, mentre viveva, ho inteſo dire, così dai Religioſi, che ſtanziarono inſieme col detto Servo di Dio, come da Eccleſiaſtici, Letterati, Nobili, e da altre perſone di ogni ceto oneſte, prudenti, e diſcrete, che fu ſempre grande preſſo tutti fin dalla ſua giovinezza, eſſendo fondato un tal concetto ſulle operazioni giuſte e ſante &c.* Teſtis XVI. Proceſſus informativi primi, eadem pagina 24.: *Io sò, che il P. Fr. Domenico da Muro è ſtato in queſta Città d' Amalfi per molti anni, e credo, che ſiano da ventidue anni in circa, e lo sò di certa ſcienza, e ſempre l' ho praticato per Religioso di santa vita, conforme anche ho inteſo dire, che la medeſima buona fama abbia avuto non solo in queſta Città, ma anche in altri luoghi foraſtieri, dove egli è ſtato conoſciuto, e detta fama è ſtata continua, pubblica, e non interrotta &c.* Aliorum dicta legi poſſunt *loco citato Elenchi*.

23 Non minus falſum eſt, quod Animadverſiones oggerunt, *jejuna*; & *manca* eſſe allatorum Teſtium dicta; in quo non ſatis ſibi cohærent, quum antea ex atteſtationibus *multo uberioribus* in Proceſſu informativo ſecundo, quam in primo arguere voluerint ſuſpicionem *prohibitæ inſtructionis*. Quis enim locus eſſe poteſt huic ſuſpicioni, ſi jejuna & manca ut plurimum ſunt Teſtium dicta? Ais, plures eſſe in Elencho virtutum ſpecies, quæ idoneis oculatis Teſtibus carent, exemplumque profers in *temperantia*,

& ob-

& obſervantia votorum, *& diſciplinæ regularis*, quarum actus, inquis, vel *de auditu*, vel *conjiciendo* ut plurimum Teſtes referunt. Conferant ampliſſimi Patres *pag.* 152. *Titulum VIII. Elenchi Virtutum*, qui totus eſt *de heroica temperantia*, *ac præſertim de mortificatione Servi Dei*: advertant, ex *manſuetudine*, *clementia*, *& patientia* temperantiæ virtutem probari, in titulo vero præcedenti VII. egregie demonſtratam fuiſſe *manſuetudinem*, *clementiam*, *& patientiam* Servi Dei; nam pag. 143. actus II. tituli VII. eſt: *admirabilis conſtantia*, *& patientia in adverſis*; *& incommodis perferendis*. Ex humilitate heroica temperantiam heroicam colligi quis neget? Humilitati igitur Titulum *Integrum* X. dedimus pagina 174.; cujus tituli primus actus eſt: *Humillimam ſui cognitionem nutriebat Dei Famulus*, *aliorumque conſilia libens expetebat*. Actus II. *miſerrimum ſe ac peccatorem maximum appellabat*, *ac pro ſuis peccatis aliorum orationes ardentiſſime poſtulabat*. Actus III. *A cenodoxia aberat longiſſime*, *honores ab hominibus ſibi tribui ægerrime ferebat*. Actus IV. *Divina charismata*, *virtutumque dona abſcondere plurimum ſatagebat*. Actus V. *Miniſteria quæque viliſſima libentiſſime amplectebatur*. Actus VI. *Ab omnibus contemni maximopere deſiderabat*. Actus VII. *A quadam Converſa Monaſterii SSmæ Annunciationis indigniſſimè habitus veniam humillime petiit humi proſtratus*. Studioſitas, quæ etiam inter partes potentiales temperantiæ a S. Thoma (*a*) recenſetur, egregie eminet in *titulo Charitatis erga Deum*, & in *alio erga proximos*. Neque a temperantia aliena eſt *heroica paupertas*, cujus virtutis ſingularia exempla oſtendit *actus I. tituli IX. pag.* 162. Nunc, quod ajebam, expendantur ſinguli actus, huic Titulo VIII. *de Temperantia* proprie adſcripti, & ſingulorum teſtium dicta: illico apparebit, a veritate longe aberrare Animadverſiones: Ut enim probent, Teſtes actus Temperantiæ vel *de auditu*, vel *conjiciendo* ut plurimum referre, omnino prætereunt actum primum ejus tituli pagina 152. *Animi perturbationibus penitus compreſſis ac devictis*, *ſemper fuit ſibi æqualis*, *hilari ubique vultu Ven. Dominicus*: quem actum confirmant *quinque* Teſtes Apoſtolici, & *duo* informativi, diſtincti inter ſe omnes (ut aliam cavillationem præoccupemus). In actu II. nominant Animadverſiones *in nota litt.* (*n*) *Teſtem II.*, *& IV. Apoſtolicos*, *& Teſtes informativos anni* 1742. *VIII.*, *& XVI.* Sed adhuc in hoc actu nobis relinquunt *Teſtem VI.*, *& VIII. Apoſtolicos*, Teſtes *III.*, & *XIII. informativos anni* 1742., Teſtem *V. informativum anni* 1694. Teſtes autem ipſi, quos rejici volunt Animadverſiones, ſunt auriti a videntibus. Sic Teſtis II. Apoſtolicus pag. 153. in fin., & ſeq.: *Portava egli camicia di lana*, *e non già di lino*, *ſiccome mi fu detto da molti Religioſi del ſuo ſteſſo Ordine*, *ed in particolare da una mia ſorella Cugina*, *bizzocola penitente di detto Servo di Dio*, *LAVANDO LA MEDESIMA dette camicie di lana*: *digiunava ſpeſſo*, *e ſi diſciplinava ancora a ſangue*. *ſiccome mi fu riferito da alcuni Religioſi*, *e DA DETTA MIA SORELLA*. Qui Teſtis jam ante impubes, ac dein in pubertate annum unum agnoverat Dei Servum: Teſtis IV. Apoſtolicus pag. 154., *e queſto l' ho inteſo ancora molte volte dire da ALCUNE MONACHE DI CASA PENITENTI DI DETTO SERVO DI DIO*. Teſtis XVI. informativus anni 1742., qui jam p. bes Servum Dei agnoverat, hæc habet loco nuper citato: *Sò per pubblica voce e fama*, *che faceva molte penitenze*, *e tra queſte il digiunare*, *e privarſi della ſua pietanza per darla a poveri*. Teſtis VIII. ejuſdem Proceſſus an-

(a) *Secunda ſecundæ quæſt.* 143. *articulo unico*.

ni 1742., qui a pueritia, & anno ætatis octavo cum Dei Famulo converſatus eſt, quem Confeſſarium habuit, cujus extremo morbo affuit, is Teſtis oculatus in pubertate toto novennio extremo, neſcio, cur dicatur aut *de auditu*, aut ex *conjectura* temperantiam commemorare his verbis pag. 154. *Circa la parſimonia del vitto ho detto, ed ora lo replico, che non sò, come viveva con ſì poco mangiare*. Ac ne longior ſim, in Actu III. *pag.* 155. nihil excipitur cootra Teſtem Apoſtolicum VI., XVII., & informativum anni 1694. Teſtem XXI. In Actu IV. *pag.* 159. omnes quidem Teſtes hac cenſura notantur; ſed jure, an injuria, collige ex his. Teſtis Apoſtolicus VI. oculatus jam ante impubes, ac dein annos ſermè quinque pubes ait pag. 159. *Veramente io tengo di certo, che il Servo di Dio quel poco, che dormiva la notte, lo dormiva ſopra la nuda terra perchè il ſuo letto lo vedevo niente ſcompoſto, anzi, a dir così, colla polvere ſopra, perchè la notte ſoleva fare orazione, che IO L' HO TROVATO nel Coro in ginocchione di faccia a terra, anche due ore prima di farſi giorno, onde ſtimo, che pochiſſimo dormiva. Per la ſua eroica temperanza fu amantiſſimo dell' aſtinenza, e parchiſſimo era il ſuo cibo, che mi SONO TROVATO IN REFETTORIO, E VEDEVO, che egli prendeva qualche boccone, e laſciava quaſi tutto il cibo, quello che gli ſomminiſtrava la communità, e mi ricordo, che quando aſſiſtè a mio Padre moribondo, dalle ventidue ore ſino alle cinque ore di notte non preſe altro, che una bevuta acqua. Egli quaſi ſempre digiunava, ſpecialmente in tutti i Venerdì dell' anno in pane ed acqua, ed in un Venerdì MI TROVAI IO nella cucina del Convento, dove VIDDI entrare il Servo di Dio con un poco di pane in mano, e lo buttò dentro la cenere, però fece, come ſe gli foſſe caſcato, e così ſe lo mangiò in MIA PRESENZA, dicendo, che in tal maniera era più ſaporito*. Teſtis IX. Apoſtolicus pag. 160. *Depongo, che ſpeſſo digiunava, e queſto io lo sò, perchè SPESSO ANDAVO nel ſuo Convento, dove come vicino PRATICAVA IO CON FAMILIARITA', ED HO VEDUTO, che nel tempo gli altri Religioſi ſe ne andavano in tavola, il Servo di Dio per lo più trattenevaſi nella ſua Cella, anzi nelli gioni, che lui digiunava, HO VEDUTO PIU' VOLTE, che il Servo di Dio ſi mangiava un poco di pane, nel quale ci ſtava poſta ſopra la cenere*. Teſtis XIII. Apoſtolicus in eadem pag. 160. *detto Servo di Dio viſſe mortificatiſſimo, AVENDO VEDUTO ſotto il ſaccone del ſuo letto una groſſa pietra con un panno di lana ſopra, quale mi perſuado, che li ſerviva per capezzale la notte*. Teſtis XVII. Apoſtolicus ibidem: *Quel che sò io, e L' HO VEDUTO COGLI OCCHI PROPRJ, teneva egli una camiſciuola, o ſia giuppone guarnito dalla parte di dentro tutto di punte di ferro, quali IO VIDDI dentro d' un ſtipo, che era dentro la ſua Cella, e li Monaci di quel tempo mi diſſero, che detto giuppone il Servo di Dio ſe lo metteva, a carni ignude. Sò di più, e L' HO VISTO anche CON GLI OCCHI PROPRJ, che quante volte venne in mia caſa, e ci ſi trattenne a pranzo, ſi privava ſempre del meglio, e più ſaporito, e metteva acqua freſca dentro la mineſtra*. Si ex his, ac ſimilibus Teſtimoniis Temperantiæ heroica non probatur, vix alia ratio ſuppetit probandi eam virtutem. Notandum eſt enim, *plures eſſe actus*, qui ex ſua natura non debent probari *de viſu*, ſed ex certis argumentis demonſtrari, ut *uſus cilicii aſperrimi*, *cruentæ flagellationes*, ac ſimiles alii, quos ſolent Dei Servi ut plurimum præ humilitate ſtudioſe occultare.

24 In aliis autem actibus, quos Teſtes oculis ſuis notarunt, id animadvertitur, quod *aut memorantur a Teſtibus, qui dictis ſuis poſtremum vitæ Servi Dei*

decen-

Digitized by Google

decennium non complectuntur, aut ſemel vel iterum a Teſtibus notatos fuiſſe conſtat. Ceterum quum falſitatem Animadverſionis circa Teſtes, quos vocat *de auditu & ex conjectura* oſtenderimus, parum laborandum eſt in ſingulorum Teſtium dictis, quæ nunc indicat, excutiendis. Nam certe ad *habitum* virtutis heroicæ probandum nihil eſt neceſſe, ut *omnes omnino* Teſtes de poſtremo vitæ Servi Dei decennio teſtentur, neque ut *omnes* ſint oculati, neque ut ii, qui ſunt oculati, *omnes actus* viderint, neque ut ii, qui *de viſu*, teſtantur, *ſemper* affuerint, quum Servus Dei in hac, vel illa virtute ſeſe exercuit. Habitus probatur *ex multis actibus diverſimode demonſtratis:* Teſtes ac Proceſſus ad hanc probationem efficiendam *conjunguntur*. Sed ne ceſſaſſe videamur, quum tot Teſtes in Animadverſionum nota, *litt.* (*o*) indicati ſint, qui aut poſtremum vitæ decennium non complecti, aut ſemel vel iterum a ſe notatos actus temperantiæ referre dicuntur, nonnihil etiam nos patienter obſervabimus. In Proceſſu Apoſtolico Teſtis II., elenchi Titulo VIII., actu I., pag. 152. deponit de viſu *jam ante impubes*, ac dein *pubes annum unum*; Teſtis III. oculatus *impubes*, ac *deinde pubes annos ſex de viſu*; Teſtis VI. oculatus *jam ante impubes*, ac dein *annos ferme quinque pubes*. Adde Teſtem XXI. Proceſſus Ordinarii anni 1742., qui *ante impubes* fuit oculatus, ac deinde *pubes annos duos*, & Teſtem XIV. Proceſſus primi informativi oculatum *annos quinque*. In ſecundo actu, pag. 154. ex Proceſſu Apoſtolico Teſtis eſt VI. *annos ferme quinque*; Teſtis VIII. *annos duodecim, de viſu:* ex Proceſſu primo Ordinario Teſtis III. *annos ſex*; Teſtis VIII. *annos novem*; Teſtis XIII. *annos duodecim*; Teſtis XVI. *annos tredecim:* ex Proceſſu Ordinario primo Teſtis V. *annos octo, eoque amplius*, omnes in pubertate oculati. In actu III. pag. 155. ex Proceſſu Apoſtolico Teſtis III. *annos ſex*; Teſtis VI. *annos ferme quinque*; Teſtis VII. *annos novem*; Teſtis VIII. *annos duodecim*; Teſtis X. *annos quatuordecim*; Teſtis XVII. *annos quatuor*; Teſtis XXVIII. *annos ſex*; ex Proceſſu ſecundo informativo Teſtis VIII. *annos novem*; Teſtis X. *annos quinque*; Teſtis XI. *annos quatuor*; Teſtis XIII. *annos duodecim*; Teſtis XVI. *annos tredecim*; Teſtis XXI. *annos duos:* ex primo Ordinario Proceſſu Teſtis XXI. *annos ferme viginti*, omnes *de viſu* in pubertate. In actu IV. pag. 159. ex Proceſſu Apoſtolico Teſtis VI. *annos quinque*; Teſtis VII. *annos ferme novem*; Teſtis IX. *annos duodecim*; Teſtis XI. *annos quatuor*; Teſtis XIII. *annos quindecim*; Teſtis XVII. *annos quatuor:* ex Proceſſu primo Ordinario Teſtis II. *annos decem*; Teſtis XVII. *annos quatuordecim*. In hac annorum demonſtratione, nec computavi annos, quibus Teſtes noverunt Dei Servum ante eorum pubertatem, nec Teſtes recenſui auritos a videntibus, qui in comprobandis ſpecialibus virtutum actibus cum Teſtibus oculatis mirifice cohærent, ac congruunt. Quum vero hi omnes, aut fere omnes teſtes de poſtremo tempore vitæ Servi Dei teſtentur *de viſu*, ut jam monui, hac in parte cauſſam firmiſſime eſſe conſtitutam liquido perſpicitur: atque optime norunt ampliſſimi Patres, noſtram cauſſam longe in ratione ſcientiæ teſtium multis aliis præſtare, quæ in hac Sacra Congregatione ſunt agitatæ, quod exemplis confirmaremus, niſi nobis res eſſet cum viris experientiſſimis.

25 Quod alii teſtes *in Animadverſionum nota* citantur, qui referunt quoſdam temperantiæ actus ſemel aut iterum a ſe notatos, nihil obeſt, imo prodeſt Cauſſæ. Nam hi ſunt actus ſingulares, quorum nonnulla probatio in his cauſſis exigitur. Ac vide, quæſo, an non probent teſtes allegati. Actu II. tituli VIII. *pag.* 155. teſt. V. (non proceſſus informativi anni 1742., ut dicitur in nota *Animadverſionis*) ſed primi proceſſus ordinarii anni 1694. hæc

habet

habet: *Dopò aver fatto* (Dei Servus) *l'azioni di grazie, avendolo io richieſto, se voleva cibarſi, non mi riſpoſe, ma ſolamente venne con me, e con detta mia nipote alla ſtanza, dove era preparato il mangiare, e per la ſtrada raccolſe un poco di erba chiamata menta per la nauſea credo io de' cibi; ed in fatti poſto a tavola quaſi niente guſtò, tenendo ſeco la detta erba conforme quelli pochi giorni, che ſi trattenne in detta poſſeſſione, fece lo ſteſſo*: Teſtis V. apoſtolicus in actu III. ejusdem tituli, pag. 155: *detto Servo di Dio eſercitò perfettiſſimamente tutte le virtù criſtiane, fece molte penitenze, e ſi diſciplinava ſpeſſo a sangue nel ſoccorpo della Chieſa di S. Franceſco, ed io mi ricordo beniſſimo DI AVER VEDUTO PIU' VOLTE alcune ſtille di sangue nel ſoccorpo ſudetto*. Teſtis XXVII. ejusdem proceſſus pag. 157.: *Quello, che io poſſo deporre di quanto mi domandate, ſi è, che detto P. Domenico quante volte venne in detto luogo di Gaudano &c.: mi ricordo con ſpecialità, che una volta . . . VIDDI COI MIEI PROPRI OCCHI, che ſi diſciplinava a sangue così gagliardemente, che eſſendo andato in poco dopo in detta grotta VIDDI alcune pietre, che erano aſperſe di sangue &c. Mi ricordo altresì, che quando detto Servo di Dio P. Domenico qualche volta ſtava in tavola cogli altri in detto luogo, pochiſſimo mangiava . . . . quali COSE TUTTE DA ME BENISSIMO OSSERVATE mi ſembravana molto differenti ed aſſai migliori di quelle, che ſi pratticano da altri buoni Criſtiani*. Teſtis XXI. proceſſus ordinarii anni 1694. pag. 158.: *Laſciò ſopra queſto proſſimo bancone de' paramenti un certo panno di canavaccio . . . . quale oſſervai ſudato, e macchiato di sangue. Io giudicai, che fuſſe cagionato detto sangue da un gran cilicio . . . . e tanto più mi comprovai, che portaſſe cilizj, perchè quando noi gli facevamo la carità quaſi per forza di lavargli l'abito, io preciſamente ho viſto, che poſto quello in ammollo, tingeva l'acqua di sangue*. Hæc ex teſtibus sunt desumpta, quos *nihil nobis favere* obiicitur.

26 De observantia disciplinæ regularis, & votorum pauca nunc dicam: eſt enim in elencho virtutum *pag.* 161. titulus IX. locupletiſſimus, quo evincitur, Ven. Virum in religiosa paupertate excelluiſſe, cujus virtutis admiranda præbuerit exempla, angelicæ puritatis cuſtodem fuiſſe vigilantiſſimum, quam præterea aliis maximopere commendabat, cujus non obscurus index erat suaviſſimus ac supernaturalis odor ex ejus viventis corpore proſiliens: Obedientiæ fuiſſe in primis addictum; omnia opera ad nutum Superiorum direxiſſe, nihil unquam, niſi ex eorum imperio, aut facultate aggreſſum ad quam virtutem alios vehementiſſime excitabat: disciplinam regularem, & conſtitutiones ordinis diligentiſſime observaſſe, ceteros ad puritatem regulæ observandam exemplis, & monitis promoviſſe, cujus propterea sub directione multi religioſi disciplinæ regularis amantiſſimi, & in his *Beatus Bonaventura a Potentia* vivere ſtuduerunt, magnosque progreſſus fecerunt. Hæc certa sunt argumenta heroicæ observantiæ votorum, & regularum. Quodnam autem ex his non satis probatum eſſe putas? Non ego quidem contendam, teſtes omnes, qui a nobis producuntur, eſſe de visu; sed certe omnes sunt aut de auditu a videntibus, aut de visu, quod ad plenam directamque probationem conſtituendam satis eſſe ex notiſſimis decretis, ex inveterata praxi, & regulis de congruentia inter proceſſum apoſtolicum, & informativum convincitur. Quare etſi dictis *Beati Bonaventuræ a Potentia*, aliorumque teſtium informativorum anni 1694. confidimus, conjungimus tamen alios teſtes in ſecunda inquiſitione ordinaria, & in apoſtolica examinatos, ex qua semper idoneum numerum teſtium in

singu-

ſingulis actibus proferimus; & teſte quidem conjungimus, sunt enim teſtes partim oculati, partim auriti primi gradus. Neque separandi sunt hi ab aliis teſtibus, ut inferatur, observantiam regularem non eſſe probatam sed potius omnibus teſtibus conjunctis, omnium teſtium dictis expenſis, omnibus actibus hinc inde collectis, quamvis non uno modo probatis, inſpiciendum eſt, an habitus plene demonſtretur. Hoc vitio laborant Animadverſiones: de ſingulis seorsom dicunt, sed conjunctionem omnium non conſiderant. Falsa tamen multa de ſingulis dicunt; quale eſt illud, quod nihil aut fere nihil nobis favent Beatus Bonaventura a Potentia, cetérique teſtes informativi anni 1694. Qui attente perspiciat, quam caute viri sancti loquantur, quam intime Beatus Bonaventura Servum Dei agnoverit, qua divina sapientia spiritum regularis observantiæ intellexerit; non dubitabit ejus teſtimonium paucis verbis expreſſum uberrimis aliorum atteſtationibus præferre. Lege ejus verba in demonſtratione virtutum p. 1. titulo V. pag. 25. & seq.: *Mi trattenni sotto la direzione di detto Padre Fra Domenico per lo spazio di anni sette, e più meſi, e mi ci sarei trattenuto più, se la santa obbedienza non mi aveſſe mandato altrove &c. Era ſtimato da santo, e buon Religioso, e queſto per tutto quel tempo, che io lo conobai, e ciò ſi diceva pubblicamente, come al più io sentivo, ed io ancora lo tenevo in queſto concetto. Io sò, che il detto P. F. Domenico era oſſervante della legge di Dio, e della Santa Chiesa, e delle regole della sua religione, anzi ESIGEVA DA SE STESSO LA PURITA' DELLA REGOLA veſtendo camicia di lana senza calzoni, ma solo li calzonetti di tela; era OSSERVANTISSIMO DELLA POVERTA' veſtendo abito di panno groſſo, nella cella ſtava sprovisto, tenendo solamente un saccone di paglia, una coperta di lana, poche immagini di carta dategli da altri, e pochi libri preſtatigli &c., eſſendo sopra tutto di ſinteresſatiſſimo, ed io mi ricordo, che una volta una persona avendogli mandato a regalare alcuni salami, non volle riceverli, quaſi se ne pigliò collera, e tutto quanto ho detto, io lo sò per la pratica, che ho avuto con d. P. Fra Domenico &c. Sò, che molti Religioſi del mio ordine tirati dalla buona fama del detto P. Fra Domenico vennero a ſtanziare quì in Amalfi, SOTTOPONENDOSI ALLA SUA DIREZZIONE, e tra gli altri il Maeſtro Fr. Giovanni Battiſta di Santofele, il P. Maeſtro Fra Tommaso Agropoli, il P. Fra Domenico della Torella, il P. Fra Antonio d' Alessandria della Puglia, il P. Fra Antonio da Piescopagano, ed altri.* Et circa suaviſſimum odorem caſtitatis eximiæ indicem: *E' vero, che il detto P. Fra Domenico vivente mandava fuori un certo odore, che io non lo sapevo discernere, che cosa foſſe, ed oggidì ancora nella sua camera ho oſſervato l' iſteſſo.* Sed opponitur, quod teſtes proceſſus informativi, qui de observantia votorum, & disciplinæ regularis deponunt, extremum decennium non complectuntur. Certe Beatus Bonaventura de iis teſtatur, quæ poſtremo decennio vitæ Servi Dei acciderunt. Obiit enim Ven. Dominicus anno 1683. Triennium ante, nimirum anno 1680., B. Bonaventura ab Amalphi, ubi octo fere annos apud Dei Servum commoratus erat, disceſſit, ut conſtat ex vita ipſius B. Bonaventuræ a Potentia accurate conscripta a P. Josepho Maria nunc Rmo Episcopo Rugilo Ordin. Min. Conventualium (a): *L' anno mille seicento ottanta, verso il trenteſimo di sua età, tre anni prima della preziosa morte del P. Domenico, passò il P. Bona-*

(a) *Lib. 1. Cap. 4. num. 2.*

Bonaventura (da Amalfi) la prima volta in Napoli , ed abitò nel nominato Convento di S. Antonio.

27 Præterea teſtis X. proceſſus primi ordinarii magnum pondus Cauſſæ adiicit, quumSuperior localis fuerit Ven. Dominici , & *duodecim annos poſtremos ejus vitæ , eoque amplius* , attigerit . Teſtis XIV. consodalis de viſu *per annos quinque* deponit? Teſtis XVIII. ejusdem proceſſus , etiamſi non fuerit religiosus Ordinis S. Franciſci , tamen de rebus ad hanc observantiam votorum probandam pertinentibus teſtatur *per annos viginti duos* circiter de viſu . Teſtis V. ocnlatus eſt ſupra *annos octo* . Teſtis III. *annos viginti* , Teſtis I. *annos viginti duos* circiter , Teſtis XXIII. *viginti duos annos* . Hi omnes teſtes , non quidem omnes religioſi , sed nihilominus egregie omnes conjuncti articulum , de quo agimus , confirmant : plura enim sunt , quæ ad exactam observantiam votorum , & disciplinæ regularis ſpectant , & ab extraneis poſſunt optime obſervari . De odore ſuaviſſimo , caſtitatis , & innocetiæ indice , vide teſtes ex tribus proceſſibus conteſtes *actu III. titulo IX. pag.* 168. magno numero congeſtos , Alii teſtes in eodem titulo allegati sunt ex proceſſibus ordinario secundo , & apoſtolico , qui extremum decennium vitæ Servi Dei , aut magnam ejus partem complectuntur . Ex consueta vero opponendi ratione repetitur , generalia eſſe , quæ ex teſtibus informativis primæ inquiſitionis proferimus . Concedimus , plura & uberiora in duobus aliis proceſſibus enarrari ; sed multa tamen sunt in proceſſu primo ordinario , quæ exactam observantiam trium votorum , & conſtitutionum ordinis comprobant . Vidimus teſtimonium Beati Bonaventuræ a Potentia : conferantur teſtis X. *actu I. tituli IX.* & teſtis XIV. *ejusdem actus pag.* 165. Teſtis XVIII. *actus II. pag.* 168.; Teſtis I.V.IX.XVI.XVII. XVIII. XX., & XXI. *actus III. in eadem pag.* 168.; Teſtis V. X. , & XIV. *actus IV. pag.*170.; Teſtis III. *actus V. pag.*171.; Teſtis I.IX.X.XIV.XXIII. *actus VI. pag.* 173. *in fin., & seq.* : tum ut congruentia proceſſuum fiat, addantur teſtes illi omnes , quos in unoquoque actu ex inquiſitione secunda ordinaria , & ex apoſtolica produximus . Quibus omnibus teſtibus inter se collatis , manifeſtum fiet , *multa proferri ex illis argumentis , & factis, quibus conſtat , Ven. VirumSuperiorum nutibus prompte libenterque obſequentem fuiſſe , paupertatis ſtudioſum , caſtitatis ſervandæ cauſa vigilem continuo , & quam maxime attentum , divinis officiis mirifica adſtantem modeſtia , sacramentis , ea qua par eſt , animi præparatione uſum , nihilque intermiſiſſe eorum , quæ regularis vitæ inſtitutum ab eo profeſſum poſtulabat* . Nam quod Servus Dei corpus suum caſtigaverit , ac in servitutem jejuniis , carniſque macerationibus redegerit ; quamvis ex hoc etiam *titulo IX.* probatur , sed proprius locus eſt titulus VIII. de temperantia , ubi *pag.* 153. actus II. ponitur : *Se jejuniis frequentibus exercebat , ſolo pane & aqua , aut herbis victitans* . Actus III. pag. 155. : *aſſiduis & cruentis flagellationibus , aſperrimisque ciliciis carnem macerabat* . Actus IV. pag. 159. : *Plurimis aliis mortificationis generibus corpus caſtigare diligentiſſime ſtuduit* . Profecto multa ex his , quæ nunc in *paragrapho undecimo* aſſeritur non referri , deinde in *paragrapho decimotertio Animadverſionum* narrata eſſe dicuntur . Bonam fidem quæso , veritatem deſidero .

Reſponſio ad §. 12. *Animadverſionum.*

28 Age vero præclarum illud argumentum de imbecillitate probationum , ex defenſorum facto petitum , exploremus . *Nihil clarius* , inquis , *allatarum probationum imbecillitatem prodit , quam defenſorum factum* . Ecquodnam eſt hoc factum ? Scilicet quod in elencho virtutum teſtes in inquiſitionibus ordinariis excepti , & de more in Apoſtolica repetiti , bis in aliquo actu probando repræſentantur , primum deponentes in Apoſtolico Pro-

ceſſu

ceſſu, tum in ordinario. Quod autem additur, id fieri, *ne teſtium conteſtium defectus obiici poſſit*, & eos teſtes exhiberi, *tamquam ſi duplicem perſonam repræſentent*, hoc non defenſorum factum eſt, ſed falsa suspicio contraria. Revera ſi nihil clarius imbecillitatem probationum demonſtrat, quam hocce factum, oportet, probationes noſtras nullatenus argumentis contrariis commoveri, nedum everti. Omitto nunc, non id ea cauſa factum, ut teſtis idem veluti duplex perſona videretur: nam *semel*, & *iterum monuimus in cauſa ſcientiæ* ſingulorum teſtium, quinam eſſent teſtes ex ordinariis proceſſibus in apoſtolico reperiti. Omitto etiam, utilem eſſe hanc teſtis ejusdem repetitionem: nam ſi in uno eodemque teſte ſæpe diverſa teſtimonia ex eodem proceſſu ad eundem actum probandum congeruntur, multo magis id facere præſtiterit, ſi teſtimonia ex diverſis proceſſibus colligantur; ſiquidem tunc magis apparet conſtantia teſtis in exhibendo teſtimonio, & hac de cauſa teſtes in proceſſu ordinario excepti in apoſtolico debent repeti, niſi præmortui fuerint. Ad rem: nunquam teſtis idem a nobis bis exhibitus eſt in eodem actu, niſi quum actus ille idoneo teſtium numero ſatis ſuperque eſt confirmatus etiam ſine hac repetitione. Elenchi lectores præmonitos voluimus diſertis verbis *parte ſecunda pag.* 28. quod *actus omnes ſpecifici virtutum in elencho expoſiti ſatis idoneo teſtium Apoſtolicorum numero inſtructi ſunt*. Hoc monitum verum eſſe, elenchus clamat: In actu I. Fidei pag. 29. & ſeq. ſunt *ſex teſtes Apoſtolici* præter alios indicatos; in actu II. pag. 31. & ſeq. alii *ſex Apoſtolici*; in actu III. pag. 35. & ſeq. ſunt *novem teſtes apoſtolici*; in actu IV. pag. 39. & ſeq. *ſex teſtes apoſtolici*: percurre reliquos actus, ac ſi placet, dele in proceſſibus ordinariis aliquem repetitum in apoſtolico, & obſerva interim, plures a nobis eſſe prætermiſſos Apoſtolicos, quos *concordare* indicamus. Adde, eam repetitionem ejuſdem teſtis raro fieri, ac ſemper adeſſe plures alios ordinarios præter apoſtolicos. Quod aperte conſtabit ſingulos actus conſideranti: nobis ſatis eſt, nullum oſtendi poſſe actum, qui ſublata ea qualicumque replicatione teſtis, non recte probatus videatur. Exempli loco unum vel alterum ponam. Ea repetitio nominatim animadverſa eſt *In actu I. tituli I.* In eo actu ſunt *ſex Apoſtolici* teſtes, *tres* ex proceſſu ordinario anni 1742., & *duo* ex primo ordinario Proceſſu anni 1694. Ex teſtibus apoſtolicis ſolus teſtis X. productus eſt in Apoſtolico Proceſſu, & iterum in informativo anni 1742., ubi eſt ordine teſtis XVII. Retine ejus teſtimonium ex Proceſſu Apoſtolico, reiice aliud ex Proceſſu Informativo, & actum bene probatum eſſe concludes. Idem fac in *actu II. tituli I.*: teſtis VI. Apoſtolicus iterum producitur in Proceſſu Ordinario anni 1742., ubi eſt teſtis XII.; & teſtis VII. Apoſtolicus, qui eſt teſtis VIII. Informativus ejuſdem anni; item teſtis X. Apoſtolicus, qui eſt teſtis XVII. Proceſſus ordinarii anni 1742. Verum ex ſolo Proceſſu Apoſtolico hunc actum confirmant *ſex teſtes*, quibus conſonant ex eodem Proceſſu *alii tres indicati*. Ex Proceſſu Informativo anni 1742. *ſex teſtes* proferuntur, & ſimul *tres alii* ex ordinaria inquiſitione anni 1694.: tolle per me licet, *tres illos repetitos*, adhuc remanent *tres*, quos adjungere debes *ſex* teſtibus Apoſtolicis, & aliis *tribus* Proceſſus primi ordinarii. Ex quibus omnibus colligi licet, egregie probari heroicarum virtutum habitus Servi Dei per ſpatium viginti duorum annorum, ac præſertim per decennium poſtremum vitæ Ven. Viri, de quo potiſſimum tempore teſtes invicem conſentientes partim oculati, partim auriti primi gradus loquuntur. Neque enim neceſſarium eſt, ut vita Servi Dei ante commorationem Amalphitanam peracta juridicis teſtimoniis excutiatur; ſatis que noſtræ cauſſæ eſt, quod de ejus honeſta, & reli-

 giosa

gioſa educatione, ac fama ſanctitatis, antequam Amalphim conveniret, legitime conſtet per teſtes partim de viſu, partim de auditu a videntibus.

Reſponſio ad §. 13. *Animadverſionum.*

29 Reponis tamen, in virtutibus, quæ in elencho ſunt expoſitæ, *heroicitatem* deſiderari. Non video certe, cui fundamento hæc Animadverſio innitatur, Etenim in elencho ordinando ea ratio ſervata eſt, ut actus, ex quibus *heroicitas* oſtenditur, iiſdem ferme verbis exprimantur, quibus eos explicant *Cardinalis de Lauræa*, *Scacchus*, *Matthæuccius*, *Benedictus XIV.*, aliique de beatificatione Sanctorum Scriptores. Tum teſtimonia titulis ſubjecta ſunt, quibus actus comprobantur. Oſtendas igitur, neceſſe eſt, ex teſtimoniis non probari eum actum, quem propoſuimus. Conſentit clariſſimus Cenſor, teſtes in Elencho plura memorare *de Servi Dei cura in Civium diſcordiis ſedandis, & amicitiis inimicorum conciliandis; de ejus in confeſſionibus audiendis aſſiduitate; de piis rectisque conſiliis, quibus plurimo juvit; de electione ſtatus religioſi; de jejuniis; de cruentis & repetitis verberationibus; de uſu ciliciorum; de peccatoribus frequenter ad pœnitentiam quæſitis; de cura erga ægrotantes, & in poſtremo vitæ articulo conſtitutos; de eleemoſinis pauperibus erogatis; de frequentiſſimis colloquiis aut ſuper æterna vita, aut aliis ſuper rebus ſpiritualibus ab eo inſtitutis; de verbi Dei prædicatione, deque aliis hujuſmodi.* Certe PLURA ALIA HUJUSMODI in elencho referuntur, eaque plane illuſtria; ſed unum non erat omittendum, quod *comparationem cum phariſæis* occuparet, ac præverteret, videlicet conſtare ex elencho *heroicam humilitatem* Servi Dei, qui *humillimam ſui cognitionem nutriebat*; aliorum conſilia *libens expetebat*; *miſerrimum ſe ac peccatorem maximum appellabat, & pro ſuis peccatis aliorum orationes ardentiſſime poſtulabat; a cenodoxia aberat longiſſime; honores ab hominibus tribui ſibi ægerrime ferebat; divina chariſmata, virtutumque dona abſcondere ſatagebat; miniſteria quæque viliſſima amplectebatur; ab omnibus contemni maximopere deſiderabat*, de quibus, aliiſque actibus ſpecificis & individuis humilitatis heroicæ videri poteſt *titulus X. elenchi a pagina 174. in fin. ad pag. 186.* Verum *quid*, inquis, *ea omnia proſunt?* Quæri id poteſt a ſapientiſſimo Pontifice Benedicto XIV., qui heroicitatem virtutum ex his, ac ſimilibus actibus demonſtrari docuit: neque habitus virtutum quum ſit internus, aliter demonſtrari poteſt, niſi ex actibus externis. Quinam actus Fidem heroicam oſtendunt? Eos recenſet Cardinalis de Lauræa (*a*), & laudatus Pontifex (*b*), ac fere ii ſunt, quos nos deſcripſimus, ac probavimus (*c*), *frequens fidei confeſſio, ejuſdem myſteriorum profeſſio & veneratio; propagatio fidei, aut ardens ejus deſiderium, reformatio morum totis viribus procurata, exacta obſervantia præceptorum, ac conſiliorum legis evangelicæ, cultus & veneratio erga paſſionem Chriſti, Ven. Euchariſtiæ Sacramentum, Sanctiſſimam Virginem, Martyres, alioſque Sanctos, exacta obedientia Deo, Eccleſiæ catholicæ, Romano Pontifici, ceteriſque Prælatis Eccleſiaſticis, fides miraculorum, qua ſigno Crucis, aut invocatione Sanctorum mirabilia, ac ſæpe miracula patrantur &c.* Quum ea omnia in Servo Dei fuiſſe oſtenderimus, quid juvat *de moralitate actuum* interrogare, & veterem parœmiam occinere, quod actus bonus eſt *ex integra cauſa*, ex objecto, fine, & circumſtantiis. Quis id neget? Sed nemo pariter negabit, ea, quæ interna ſunt, ex ipſis actibus ex-

(*a*) *Tom. II. in librum III. ſentent. diſputat. XXXII. articul. VIII. & IX.*
(*b*) *Lib. III. de Beatific. Cap. XXIII. & ſeq.*
(*c*) *In Elencho part. II. titulo I. pag. 29. & ſeqq.*

externis, & ex eorum serie in omni virtutum genere continuata probati. Neque enim aliter scimus, quosvis alios Sanctos rectum in agendo finem habuiſſe. Hinc vides apertum discrimen inter actiones bonas Servi Dei, & jejunia, ac largitiones *phariseorum*, qui hæc faciebant, ut *viderentur ab hominibus*, & quædam pauca in speciem bona multis nec latentibus peccatis, ac præsertim superbia, corrumpebant.

30 Non latet nobis, expedire aliquando actus *moralitatem* ex fine, & circumſtantiis explorare: sed tunc id fit, quum alioquin dubium oritur de bonitate vel malitia actus. Benedictus Pontifex XIV. (a): *Tranſitum*, inquit, *facientes ad regulas, quarum ope tutum ferri poteſt judicium de geſtis Servorum Dei, præmittimus doctrinam theologorum, qui docent primo, actus humanos bonitatem ab objecto, a circumſtantiis, & a fine operantis desumere &c.* Tum *num.* 14. has regulas ita applicari: *Hæ sunt regulæ a theologis præscriptæ de bonitate & malitia actuum humanorum, eædemque per consequens regulæ erunt adhibendæ, quum de geſtis Servorum Dei quæſtio inſtituitur in Sacrorum Rituum Congregatione: objectum quippe geſtorum, circumſtantiæ, finis, & cetera supra expoſita sedulo ponderanda sunt, QUUM DUBIUM ORITUR de bonitate, aut malitia.* Neque alia exempla subjicit doctiſſimus Pontifex, niſi in quibus aliqua mali species apparet, quæ ex *fine, & circumſtantiis*, aut imminuatur, aut penitus tollatur. Quum autem series actuum moraliter bonorum ex objecto per longum temporis spatium in omni virtutum genere continuata oſtenditur, minime eſt deſiderandum, ut in ſingulis actibus finis internus operantis, & omnes undique collectæ circumſtantiæ inspiciantur, niſi forte aliquis actus in his occurrat, qui aut malitiæ speciem, aut ſingularitatem aliquam præseferat. Præterea præſto sunt multa ſigna & argumenta, quibus patet, actus, de quibus sermo in Animadverſionibus inſtituitur, moraliter fuiſſe bonos etiam ex fine, & circumſtantiis. Dei Famulum divina prudentia ductum religiosum inter Minores Conventuales ſtatum elegiſſe, ex ejus vitæ ratione præsertim in juventute, & tirocinio convincitur, ut omittam reliquum vitæ tempus, quo ad perfectionis apicem pervenit. Elenchi titulo IV. part.I., pagin.23. teſtis III. Apoſtolicus: *E' veriſſimo*, ait, *che detto Servo di Dio ſi portò nel Noviziato in tal guisa ripieno di tutte le Virtù Criſtiane, ed illibatezza de' coſtumi, ed auſterità di vivere, che i Maeſtri, e Religioſi nè reſtavano consolati, ed oltre modo maravigliati, ed inſinuavano agli altri Giovani Novizj ad imitarlo, ſiccome mi fu riferito da Religioſi degni di tutta la credenza, lo che è pubblico &c.* Teſtis XIX. Apoſtolicus eadem *pagin.23. circ. fin.: detto Servo di Dio, per quanto ho inteso dire, da Secolare fu educato nella città di Muro da' Frati del mio Ordine, dove concepì il deſiderio di farſi Religioso, ſiccome eseguì; come pure ho intesa dire da più Religioſi, che da giovane menò sempre una vita esemplare, e così sempre perseverò, crescendo sempre la perfezione de' suoi coſtumi.* Accedunt alii teſtes *titulo V. part.II., actu I.*, ubi Teſtis VI. Apoſtolicus *pagina* 117.: *Conoscevaſi anche l'eroica speranza del Ven. Padre Domenico dal total diſtacco, che aveva da tutte le baſſe cose di queſto Mondo, nemiciſſimo de' piaceri, delle ricchezze, e di quanto il Mondo apprezza, e perciò fece elezione di vivere povero ad esempio di Gesù Criſto, profeſſando anche a tal fine la regola de' Minori Conventuali di S.Francesco, che fù uno ſtato a lui cariſſimo, e di piena sodisfazione, in cui ſino alla morte menò vita santa &c.* Et titulo VII., actu IV. Te-

Reſponſio ad §. 14. *Animadverſionum.*

(a) *Lib.III. de Beatiſic. Cap.xli. num.13.*

Teſtis III. Apoſtolicus pagina 148.: *Detto Padre Domenico da Muro per maggiormente abbandonare il Mondo, e le sue vanità, ſi fece religioſo del mio Ordine di S. Francesco de' Minori Conventuali, avendo sempre viſſuto santamente ſino alla morte in continua auſterità, penitenze, e mortificazioni, ſiccome ho inteso dire da molti gravi religioſi vecchi del mio Ordine.*

38 Quæritur, cujus generis fuerint conſilia, quæ petentibus dabat. Ea fuiſſe optima ex circumſtantiis, quarum multæ ne pateſieri quidem deberent, accomodata narrant teſtes, qui ea exceperunt, aut eſſectum viderunt, aut hominum ad eum conſilii audiendi gratia accedentium concursum notarunt. In actu II. Tituli V. *pagina* 118. oſtenditur, Servum Dei munus Confeſſarii ordinarii, & directoris Monialium Conventus Amalphitani Sanctiſſimæ Annunciationis prudentiſſime exercuiſſe spatio annorum *viginti duorum* circiter. Teſtis XXXIII. Apoſtolicus pag. 119.: *Fù*, inquit, *detto Servo di Dio eletto confeſſore delle Monache del Moniſtero della SS. Annunziata, e S. Nicolò di queſta Città, ove ancora io sono ſtato Confeſſore ordinario per lo spazio di più tempo, e mi raccontò più volte la felice memoria della fù D. Angela Maria Casabona Religiosa di detto Moniſtero, e penitente del detto Servo di Dio, che detto Ven. P. Domenico avendo ritrovato, detto Moniſtero poco oſſervante delle regole, e coſtituzioni, col suo santo zelo e direzione v'introduſſe pian piano la perfetta oſſervanza in tutto, ed anche di vivere in commune, lo che prima aſſatto non vi era.* Hoc ipsum confirmant plures Teſtes oculati tum in hoc actu II., tum in III. ejusdem Tituli V., ubi Teſtis III. proceſſus ordinarii anni 1742. pagina 122. teſtatur, quod Dei Servus *era prudentiſſimo, e colla sua prudenza riduſſe queſto Moniſtero a vita perfetta, e moltiſſimi anche de personaggi qualificati andavano da lui a conſigliarſi, e tutte queſte ed altre virtù furono da detto Servo di Dio esercitate in grado eccellente ed eroico, e non già come l'esercitano gli altri Criſtiani Religioſi, e poſſo dire con tutta verità, che non ho mai oſſervata persona così virtuosa, come il detto Servo di Dio P. Domenico da Muro, quantunque io ne sappia molti e molti altri Religioſi Servi di Dio.* Teſtis I. proceſſus informativi anni 1694. eadem pagina 122.: *Io so, che era zelantiſſimo della salute delle anime, procurando sempre con zelo, carità, e libertà Apoſtolica di eſtirpare li vizj e peccati, riprendendo senza riguardo a persone, o dignità, o nobiltà, dove ſtimava opportuno, cavandosene dalle sue riprenſioni gran frutto, come è cosa notoria in queſta Città.* Iterum in actu IV. sapientiſſima conſilia Servi Dei comprobantur. Teſtis II. Apoſtolicus pagina 123.: *Fù egli il Servo di Dio prudentiſſimo, e perciò moltiſſime persone d'ogni ceto e qualità, ed ancora suoi religioſi da lui ſi conſigliavano, e dirigevano.* Teſtis V. Apoſtolicus: *Li suoi conſigli erano molto salutevoli e santi, e perciò tutte le genti di mia casa in ogni lor travaglio, ed occorrenza andavano da detto Servo di Dio per sentirne il suo Oracolo, facendoſi gran conto de' suoi conſigli.* Teſtis VI. Apoſtolicus: *Anche fra i suoi Religioſi di S. Francesco pose in piede il Servo di Dio la disciplina regolare, e l'oſſervanza esattiſſima della divina legge, e della regola, e ponendole tutte in vigore, onde vivevano quei religioſi suoi compagni molto divotamente per l'induſtrie ed inſinuazioni del Servo di Dio, che era tutto pieno di zelo, e dava norma a' suoi correligioſi col vivo esempio della sua fervorosa vita &c.* Et deinde pag. 124.: *Per la sua gran carità concorrevano a lui per soccorso, e per sollievo gli afflitti e tribolati, ed egli tutti accoglieva affabilmente, tutti ascoltava con benignità, compaſſione*

ſinava, e conſolava, ed eſortava alla pazienza, ed uniformazione al divino volere, e dove lui poteva ajutare, operava e s'interponeva con tutto il piacere, onde tutti partivano da lui conſolati, come io tante volte ho oſſervato. Relegatur Actus V. ejuſdem tituli pagin. 127.: *Adeo præditus erat Ven. Dominicus conſilii dono, ut paſſim ab extraneis, & domeſticis adſcisceretur felici cum exitu*. Relegatur Actus VI. pagin. 129.: *Mira dexteritas Servi Dei in conſcientiis gubernandis, & ad viam ſalutis dirigendis*, ubi Teſtis X. Apoſtolicus: *Ho ſimilmente ſperimentato la ſua mirabile prudenza nel guidar le anime, che incamminava tutti per la vera via di Dio, e della maggior perfezione, eſortando fervoroſamente, inſegnando ſantamente, e penſando minutamente a tutte le coſe, che potevano recar giovamento alle anime, e ſapeva rendere tutte ben accorte a fuggire quelle coſe, che potevano eſſere di danno alla ſalute ſpirituale. Voleva la frequenza de' Sagramenti, ed imparava il modo, come ſi deve ricevere Gesù ſagramentato. Voleva, che non ſi foſſe praticato, e fuggendo l'amicizie, ed amando il ritiramento, il trattenerſi nelle Chieſe, il ſentire le prediche, ed eſortazioni, il fare orazione mentale, ed altre divozioni per più avanzarſi nella perfezione. In ſomma colla ſua celeſte guida incaminava divotiſſimamente tutte le anime.*

39 De inimicitiis vero, quas Servus Dei ſedavit, actus eſt IX. tituli IV. locupletiſſimus pag. 113. Teſtis X. Apoſtolicus: *Si vidde ancora la gran carità del Servo di Dio nel componere le inimicizie e le diſcordie, che lui era l'Angelo della pace di queſto paeſe, e ne aveva proprio un dono ſpecialiſſimo di Dio, e tutte le coſe aggiuſtava lui, come ho detto di ſopra, ſpecialmente quando tornò dal ſuddetto divoto ſuo viaggio di Roma, e di Loreto ritrovò queſta Città ſottoſopra, che per le diſcordie ed inimicizie, che già ſtavano per ſuccedere ſpettacoli orrendi: e fu miſericordia di Dio, che ſi trovaſſe in quel tempo a venire il Ven. P. Domenico, il quale immediatamente aggiuſtò tutto, e poſe la pace, e la concordia nella Città. Non è ſpiegabile, quanto erano ſoavi ed efficaci le ſue maniere in levare gli odii, e le inimicizie: io lo viddi più diſtintamente nella mia caſa, perchè un mio fratello chiamato Gaetano Gagliardi fu ammazzato ſenza colpa alcuna da un certo Natale Prota d'Atrani, e per queſto omicidio reſtarono inconſolabili il quondam Carlo mio Padre, e la quondam Fauſtina mia Madre, e ſi erano oſtinati di non fare la remiſſione al detto occiſore del detto mio fratello. Appena paſſati quindici giorni viddi venire in noſtra caſa il Ven. P. Domenico, il quale colla ſua gran carità e dolcezza incominciò ad eſortare detto mio Padre, e Madre a perdonare all' occiſore; ma eſſi ſi moſtrarono ineſorabili, dicendo, che ancora era freſco il ſangue del loro figlio: ripigliava il Servo di Dio, che perdonato aveſſero per amore di Gesù Criſto, che altrimente non ſarebbero perdonati da Dio, e tanto fu continua la carità del Ven. P. Domenico, che finalmente detto mio Padre, e Madre fecero la remiſſione dopo due o tre Meſi, e ſi fece la pace coll' occiſore*. Quum hujuſcemodi atteſtationibus plenus ſit elenchus non intelligo, quo ſpectent hæc verba Animadverſionum: *quis memorat, cujus generis conſilia eſſent, quæ petentibus dabat; quis rationes, & media, quibus utebatur ad diſcordes animos componendos; quis refert poſtremo ea omnia facta & argumenta, quæ cum munera prædicatoris, & præſertim Confeſſarii prudentia, doctrina, & charitate, quæ Sacerdotem Chriſtianum, ſuæque æternæ ſalutis memorem decent, exercuiſſe? Nemo certe, quod noverim*. At confidimus, Ampliſſimos Patres, qui praxim & rationem, qua proceſſus in his Cauſſis conſtruuntur, præclare tenent, noſſe

opti-

optime, ex *Summario*, & potiſſimum ex *Elencho* ea omnia probe conſtare, quantum quidem noſtræ Cauſſæ flagitant.

40 Rurſus ſolertiſſimus Animadverſor queritur, teſtes, qui de carnis mortificatione per jejunia, per cruentas flagellationes, per ciliciorum uſum loquuntur, nihil dicere, utrum in his approbatio Confeſſarii intervenerit; utrum Servus Dei in eiſdem mortificationibus finem ultimum ſupernaturalem ſpectaverit, quibuſque in circumſtantiis operam eiſdem dederit. Rurſus reſpondemus, Ven. Dominicum ſine ulla dubitatione finem ultimum ſupernaturalem in his adhibendis unice ſpectaſſe; quod *de eo* conſtat æque, & eodem modo, ac *de cæteris Sanctis hominibus*, nimirum ex continuata ſerie actionum heroicarum ſive *in ſubſtantia*, ſive *in modo*. Quibus autem in circumſtantiis Servus Dei operam his corporis afflictationibus dederit, partim explicant teſtes, partim nihil attinet ſcire, quum actus hi nihil mali præſeferant, & teſtes docti, indoctique uno ore conſentiant, ita ſe exercuiſſe Servum Dei in his mortificationibus, ut omnibus exemplo & admirationi eſſet. De approbatione ſive Superiorum, ſive Confeſſarii (nam in Religioſis Superior non minus, quam Confeſſarius mortificationibus modum imponere poteſt), ſive utriuſque, plene conſtat ex Elencho, actu IV. tituli IX. pagina 169.: *obedientiæ fuit maxime addictus Ven. Dominicus, omniaque opera ad nutum Superiorum dirigebat, nihil unquam, niſi ex ex eorum imperio, aut facultate aggreſſus*. Ibi Teſtis X. Proceſſus Ordinarii primi pagin. 170. *Queſto io lo ſo per averlo ſperimentato obbedientiſſimo per quel tempo, che IO ERA SUPERIORE LOCALE in detto Convento*. Teſtis XIV.: *Circa l' obbedienza era eſattiſſimo, anco mortificando la ſua propria volontà nelle penitenze a ſegno, che quantunque abborriſſe cibi di carne. tuttavolta* ALL' ORDINE DEL SUO SUPERIORE *ne mangiava*. Actus V. ejuſdem tituli eſt: *Eandem obedientiæ virtutem aliis Ven. Dominicus vehementiſſime commendabat*. Ibi Teſtis III. Proceſſus Informativi anni 1742. pagina 17. *Sò, che detto Padre Fr. Domenico era oſſervantiſſimo delli Precetti Divini, e della Religione, ed io ſo in particolare, che quando venne in Amalfi, non portava camicie, ma ſolo abito di panno groſſo, e poi, per eſſere ſottopoſto all' obbedienza, usò le camicie di lana, perchè a noi diceva ſempre: ſiate obbedienti alli Maggiori voſtri in caſa voſtra, perchè io in tutte le coſe fo l' obbedienza del mio Padre Guardiano*.

41 Fatetur ingenue doctiſſimus Cenſor, *de viſitatione Infirmorum, de aſſiſtentia præſtita Agonizantibus, de eleemoſinis pauperibus erogatis opportunas occurrere in Summario, & Elencho teſtificationes*. Sed illud male, quod negat, ex earum aliqua tuto elici poſſe, *Dei famulum non temere, non inconſulto, non proprio indulgentem ingenio, ſed ſuis Superioribus, ſuoque Confeſſario conſultis, illis operibus incubuiſſe*. Ex actibus IV., & V. tituli citati X. clare patet, quam oppido falſa ſint iſthæc. Actu IV. Teſtis VI. Apoſtolicus pagina 169. *Depongo inoltre, che il Ven. Padre Domenico era l' iſteſſa obbedienza, che non faceva coſa ſenza l' ordine de' ſuoi Superiori da lui tenuti in venerazione grandiſſima, non ſolo quelli della ſua Religione, ma anche verſo i noſtri Arciveſcovi di Amalfi, e ſuoi Maeſtri, come ho oſſervato nelle azioni di detto Servo di Dio*. Teſtis XVII. Apoſtolicus: *Era il Ven. Servo di Dio P. Domenico obbedientiſſimo a' ſuoi Superiori, dai cenni de' quali tutto dipendeva, ed aveva più timore di mancare in queſta virtù, che della ſteſſa morte*. Teſtis X. Proceſſus primi Ordinarii nuper laudatus pagina 170.: *Circa poi alla ſalute delle anime era zelantiſſimo, accorrendo ſempre, dove era chiamato, o di giorno, o di notte,*

te. AVENDO SOPRA CIO' LICENZA GENERALE, COSI' DA ME QUANDO ERA SUPERIORE, COME DAGLI ALTRI SUPERIORI. Et de eleemoſinis titulo IV. actu V., Teſtis XIX. Apoſtolicus pagina 101.: *Moltiſſime volte*, E CON LICENZA DE' SUPERIORI *ſi aſteneva di qualche pietanza in Refettorio, che poi dava ai poveri*. Quæ omnia quum ita egerit Ven. Dominicus, quærendum amplius non eſt, utrum ea opera miſericordiæ efficeret *ob finem ſupernaturalem conſequendum, non vero ad vanam gloriam captandam, aliumque hujus modi affectum in ſe fovendum*, & an in hæc exercitia incubuerit in his circumſtantiis, *in quibus nullum alium officium impediretur, ad quod ratione ſui ſtatus tenebatur*. Illud etiam urgent Animadverſiones, an in eleemoſynis erogandis Servus Dei eum ordinem, eamque diligentiam ſervaverit, quæ *neceſſario requiritur, ut bene morati pauperes mendicantibus validis, ignavis, & otioſis præferantur*. Verum etiam ſi Teſtes id conceptis verbis non aſſererent, non propterea in dubium eſſet revocandum, quum ipſe ex charitate permoveretur, nullaque ratio dubitandi proponatur. Non tamen deſunt pespicuæ atteſtationes titulo IV., actu IV., & V., ubi multi caſus ſingulares enarrantur, quibus veri pauperes, & non otioſi homines, ſublevati ſunt. Actu IV. Teſtis XXV. ſecundæ Ordinariæ Inquiſitionis pag. 97.: *La Carità di detto Servo di Dio non ſi ſtringeva ſolamente nel bene ſpirituale del proſſimo, ma ſi ſtendeva ben anche al bene temporale, portando* A POVERI INFERMI *quello li biſognava &c.* Teſtis V. Proceſſus primi Informativi pag. 98.: *La ſua carità ſi ſtendeva anche a tutti . . . . io sò, che ſovveniva molte perſone* BISOGNOSE PARTICOLAMENTE INFERME . . . . . *le faceva diſtribuire (le limoſine) ſecondo le neceſſità &c.* Actu V. Teſtis VI. Apoſtolicus pagina 99.: *Conoſceva egli le Perſone Nobili, e ricche, e ne aveva quelche voleva per diſpenſarlo ai Poverelli: non maneggiava però egli denari di ſorte alcuna, ma teneva alcune divote Perſone, che li conſervavano, e per far capitare l' elemoſina in mano de' poverelli, ne faceva i biglietti ai ſuoi depoſitarj; ed io ſteſſo tante e tante volte per mezzo di detti biglietti ho portato l' elemoſine ai poveri, che lui mi diceva, poichè il Servo di Dio ſoccorreva famiglie intiere*, PROVEDENDO DI VESTI ALCUNE POVERE DONNE, CHE PER LA GRAN POVERTA' NON POTEVANO ANDARE IN CHIESA, NEPPURE ALLA MESSA; *oltre che non avevano modo di vivere*; ED UNA SPECIALMENTE NE SOCCORREVA, CHE PER MANCANZA DEL VITTO, COMMETTEVA OFFESE DI DIO, E PER MEZZO DELLA SUA CARITA' SI ADOPERO', CHE SI EMENDASSE. *Faceva anche comprare de' canavacci per fare i letti ai poverelli, che non ne avevano . . . . . . Quando tutto altro mancava, per ſodiſfare il Ven. Padre alla ſua gran pietà de' biſognoſi*, SUPPLIVA CON I PRODIGI &c. Similia Teſtimonia legi poſſunt in Elencho, ex quibus aperte colligitur, quam parum opportune objiciatur locus ex Epiſtola 93., alias 48. S. Auguſtini: *Utilius eſurienti panis tollitur, ſi de cibo ſecurus juſtitiam negligat, quam eſurienti panis frangitur, ut injuſtitiæ ſeductus acquieſcat*.

35 *Inutile eſſe de heroicitate quærere, quum de actionum ipſarum moralitate non conſtet*, opponitur. Nos contra contendimus utile eſſe de hac heroicitate quærere, non ſolum quia moralitas actionum ſatis jam probata eſt, ſed etiam quia magis, magiſque probatur ipſa moralitas ex heroicitate. Nam quod aliquis *interne finem ſupernaturalem non reſpexerit*, poſſet aliquis ſuſpicari, ſi unam vel alteram actionem ex objecto bonam ſeorſum conſideret: at quum multiplices actus heroici ſive in ſubſtantia, ſive in modo, in om- *Reſponſio ad § 15. & 6. Animadver.*

ni

ni genere virtutum frequenter repetiti, & per totam vitam, aut longum vitæ spatium ad obitum usque continuati repræſentantur, nemo sanus de recto fine operantis ambiget. Mirum tamen videri debet, nobis obiici, virtutem heroicam Servi Dei in prima reſponſione noſtra, & Elencho nondum eſſe probatam: illudque magis mirum, quod subnotatum eſt *littera* (r) *Nam quum de Virtutum heroicitate quæſtio inſtituitur, neceſſe eſt, ut cauſæ Patroni recordentur, virtutem heroicam non eſſentia, atque natura a communi, vulgarique virtute differre, sed tamen secundum perfectiorem modum, in quantum videlicet aliquis eſt diſpoſitus ad bonum quodam altiori modo, quam communiter omnibus competat: S. Thomas 3. part. quæſtion. 2. artic. 2.* In reſponſione noſtra (a) advertimus, *heroicitatem, atque ipsam arduitatem actuum plerumque* EX CIRCUMSTANTIIS ET ADJUNCTIS *desumi, ita ut actus, qui generice aut specifice videntur juſtis aliis communes, ex* CIRCUMSTANTIIS, INTENSIONE, FERVORE, DURATIONE, ASSIDUITATE *evadant heroici, admirationem pariant, & communem modum operandi etiam proborum excedant.* In Elencho titulo I. Partis II. pagina 29. posuimus: *Si ergo conſtiterit, V. Dominicum plurimis actibus externis Fidem arguentibus,* FREQUENTER FACILE, ET CUM DELECTATIONE *se exercuiſſe, multosque præterea actus elicuiſſe ad hanc virtutem probandum accommodatos, sublimius quiddam & excellentius* EX REI NATURA, *aut* EX CIRCUMSTANTIIS & MODO *referentes, eum in Fide Chriſtiana* HEROICE *excelluiſſe minime erit dubitandum.* Jam in Animadverſionibus actus ad Fidem heroicam Ven. Dominici probandam non omnes quidem, sed hi tamen recensentur: *Altiſſima Fidei noſtræ Myſteria credebat & venerabatur; ea ut cæteri crederent & venerarentur, crebris hortationibus efficiebat: Paſſionem Domini Noſtri Jesu Chriſti tenerrimo affectu meditabatur, & ad eamdem meditationem alios frequenter excitabat: devoto affectu Ven. Euchariſtiæ Sacramentum proſequebatur, & hanc devotionem verbis & exemplo promovebat: Beatam Virginem, Sanctos, Martyres præsertim veneratione & cultu proſequebatur; ac ſibi demereri jejuniis, & piis operibus contendebat, & ad eam rem alios excitabat, propagationis & exaltationis Fidei deſiderio ardebat, non modo paratus pro ea mori, sed optans etiam, & exclamando flagitans cruciatus & patibula: alios sæpiſſime ac diligentiſſime inſruebat, & ſingulari quadam scientia difficillima Fidei myſteria explicabat.* His alia ex reſponſione noſtra prima, & ex Elencho addi poſsunt. Nihilominus non facile aſſentiar clariſſimo Censori, qui affirmat, *juſtorum neminem eſſe, pium Sacerdotem & Religiosum eſſe nullum, qui actionibus illis Fidem suam interius latentem non continuo prodat, ac manifeſtet.* Oporteret, *admodum raros* eſſe juſtos, pios Religiosos & Sacerdotes, ſi omnes illi Fidei actus non excedunt *virtutem juſtis omnibus, præsertim piis Religioſis & Sacerdotibus communem.* Annuit tandem Sapientiſſimus Animadversor, *& fatetur,* ex laudatis actibus habitum Fidei heroicæ cognosci, sed tunc solummodo id contingere ait, *quum eorum suppetit frequentia, facilitas, promptitudo, & delectatio eos comitantur, & quum ex circumſtantiis, in quibus prodierunt, aliquid arduum, & excellens adfuerit, quod admirationem conciliet.* Ex qua scilicet doctrina nos in reſponſione prima, & Elencho profecimus: proindeque immerito nunc obiicitur, *de his omnibus momentis & circumſtantiis aſſerendis nullum ſibi negotium cauſæ Patronos dediſſe, ac ſi de hiſtorica tantum actuum ex-*

po-

(a) *Numero 58. pagin. 55. in fine.*

poſitione, non vero de eorum heroicitate, ſeu excellentia quæſtio haberetur. Enimvero vel in ipſa actuum expoſitione, qualem repræſentant Animadverſiones, plura apparent momenta, plures circumſtantiæ, quibus heroicitas oſtenditur. Sed quum iterum §. 16. idem crimen graviſſimis verbis intentetur tum contra nos, tum contra alios harum cauſſarum Patronos, cauſſam nos noſtram agemus, alii ſuam ſtrenue agent, quum occaſio tulerit. Verba Animadverſionum proferam: *Nam præter materialem quorumdam actuum narrationem ad eas virtutes ſingulas pertinentes nihil ultra in Elencho notatum occurrit de iis, quæ auctore Benedicto XIV. advertenda omnino ſunt, atque notanda ad judicium de earumdem heroicitate recte pronunciandum. Atque hæc neceſſe eſt, ut AA. PP. quum in hac, tum in omnibus cauſis hujuſmodi diligenter expendant; ut gliſcenti in dies abuſui remedio aliquo finis ſit tandem impoſitus; nimirum, utrum harum cauſarum Patronis liceat virtutes Servorum Dei heroicas propugnare una hiſtorica expoſitione allata actuum ſingulis virtutibus ſpectantium, quin ullam ſibi dent ſollicitudinem, omnes illas rationes, argumenta & ſigna diligenter aſſerendi, quorum ope tantum virtutum heroicitas poteſt demonſtrari.* Ut autem pateat, noſtram primam defenſionem non inniti *uni hiſtoricæ expoſitioni actuum*, ex ea paragraphos 57., 58., 59., 60., 61., 62., & 63. in medium proferemus, tum addemus monita, ſive obſervationes, quas ſingulis titulis Elenchi præfiximus. Ita enim facto ipſo, quam vera ſit Animadverſionum criminatio, revincetur. Attendite.

43 Ne longiori oratione opus ſit in Relevantia Virtutis heroicæ ſtabilienda, proviſum a nobis eſt accurato Elencho, quo Virtutes ſingulas ſtatui Ven. Dominici accommodatas per ſpecies, & actus diviſimus, atque ordine certo diſtinximus, ex quo fulgor uniuſcujuſque virtutis ex numero, & qualitate actuum apertiſſime concluditur. Fatetur ingenue Sapientiſſimus Fidei Promotor vel ex ſolo Summar. ita elucere Fidem Serv. D., ut (a) = *Pueros rudimenta Fidei edoceret, ut fideles hortaretur ad virtutum Theologalium actus frequenter eliciendos, ut anguſtiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum, Paſſionem Domini Noſtri Jeſu Chriſti, Deiparam, SS. Martyres impenſe coleret, & animo recogitaret, atque Sacrum ſingulis diebus pie ageret.* = Alios actus vere heroicos ne referat, eos *exaggerationes* appellat; ſpem autem Servi Dei laudat (b) quod = *alios de ſua ſalute deſperantes increparet, & ſe noſceret, & appellaret: un peccatore, un niente; ma confido nella miſericordia di Dio, e ſpero nelli meriti di Gesù Criſto, e di Maria Santiſſima il Paradiſo* =; aliaque *ſimilia miſſa faciens* de Charitate erga Deum (c) locuturus agnoſcit in Dei Famulo = *Religioſam mandatorum Dei, & Eccleſiæ obſervantiam, & conciones, ac pia colloquia de divino amore frequenter habita, ut alios etiam ad hanc virtutem alliceret* =. *Io dalli ſuoi diſcorſi potevo conoſcere, che foſſe infervoratiſſimo* =. *Majora* etiam a Teſtibus narrari de Charitate erga proximum confirmat (d), videlicet = *Ven. Dominicum conſuevisſe perditos homines Chriſto lucrifacere, Fideles pietate imbuere, ægrotos, egenoſque fovere, alere, & ſolari.*

44 Cæterum præter hos actus Virtutum, quos ultro ſuſcipit Animadverſio, plures alios, & revera heroicos in Ven. Dominico effulſiſſe non ſolum in Virtutibus Theologalibus, ſed etiam in Cardinalibus, & moralibus quæ ad Servi Dei ſtatum pertinebant, ex *Elencho* noſtro evidentiſſime colligitur.

 Quod

(a) *Animadverſ. num. 36.*
(b) *Ibidem num. 37.*
(c) *Ibidem num 38.*
(d) *Num. 39.*

Quod ut clarius fiat, oculos convertere juvabit ad doctrinam, quam ex Benedicto XIV. jure merito, amplectitur Animadverſio (*a*), quod = *oportet omnino, ut heros quis demonſtretur in Fide, Spe, & Charitate, & in iis moralibus virtutibus, in quibus potuit juxta suam conditionem sese exercere cum eadem præparatione animi quoad cæteras etiam virtutes, ſi illas exercendi sese obtuliſſet occaſio* =. Quibus addimus verba ipſius Pontificis Benedicti XIV. (*b*) = *Quæ tamen ſic explicanda sunt, & intelligenda, non ut in quolibet Beatificando, & Canonizando opus ſit, ut probetur exiſtentia Virtutum tum Theologalium, tum Cardinalium in gradu heroico per multiplices actus heroicos ejusdem generis ex unaquaque prædictarum virtutum procedentes: sed ut in omnibus, & ſingulis Beatificandis, & Canonizandis per actus multiplices heroicos probetur exiſtentia Virtutum Theologalium, & præcipue Charitatis in gradu heroico .... Probatis autem modo prædicto Virtutibus Theologalibus in gradu heroico, neceſſe eſt, ut probetur virtutum quoque Cardinalium, seu moralium exiſtentia non semper per actus heroicos, sed quandoque per actus heroicos, quandoque per actus communes, reſtricta actuum heroicorum neceſſitate ad eas virtutes, in quibus Dei Servus dum viveret juxta suum ſtatum, & conditionem potuit se exercere* =. Illud præterea eſt animadvertendum, heroicitatem, atque ipsam arduitatem actuum plerumque ex circumſtantiis, & adjunctis desumi ita, ut actus, qui generice, aut specifice videntur juſtis aliis communes, ex *circumſtantiis, intenſione, fervore, duratione, aſſiduitate* evadant heroici, admirationem pariant, & communem modum operandi etiam proborum excedant. *Oratio* quidem communis eſt juſtis omnibus, ſi tamen ſit admodum frequens, ſi ad multas horas interdiu, noctuque protrahatur, ſi ferventiſſima ſit, ut ardor foras etiam erumpat, ſi fiat corpore humillime proſtrato, aliasque hujusmodi adjunctas habeat qualitates, habitum heroicum tum Fidei, tum Charitatis arguet manifeſto. *Delectatio* etiam, & *suavitas* in actibus bonis eliciendis excellentis Sanctitatis nota eſt præclara, quemadmodum docet Scacchus (*c*): = *Si delectationi conjuncta ſit suavitas, quam aliquis experiatur in eliciendo aliquem virtutis actum per ordinem ad finem supernaturalem ex inſtinctu Charitatis; hujusmodi suavitas, & delectabilitas eſt nota, & ſignum heroicitatis, quæ ex sua natura promptitudinem, & delectationem quamdam tum suavitate præſtat, ac generat in potentiis producentibus proprios actus*.

45 Itaque ut ad rem veniamus, omiſſis iis teſtimoniis, quæ obvia sunt in Proceſſibus, & in noſtro Elencho paſſim occurrunt, quibus Teſtes aſſerunt, Virtutes Ven. Dei Famuli a se relatas, fuiſſe vere heroicas, modum operandi communem etiam juſtorum, & aliorum Religiosorum exceſſiſſe; quæ Teſtimonia plurimum valent non solum ex judicio illorum, qui pro sui ſtatus ratione inter virtutes heroicas, & communes optime diſtinguebant, verum etiam ex admiratione, in quam cæteri ex eis virtutibus ad venerandam Viri Dei sanctitatem rapiebantur; his tamen omiſſis, in ſingulis Titulis Elenchi unaquæque virtus per *actus multiplices, arduos facile, expedite, prompte, frequenter, delectabiliter, & suaviter* elicitos clariſſime eſt demonſtrata. In Fide heroicitas conſtat ex eo, quod Ven. Dominicus altiſſima quæque Religionis noſtræ myſteria *intenſiſſime* crediderit

(*a*) *Num.43.*
(*b*) *Magn. Oper. lib.3. Cap.21. num.11.*
(*c*) *De not., & ſign. Sanctitat. ſection.2. cap.4. pag.151. litt.C.*

rit, & *impenſe* fuerit veneratus, cæteros quoque ad eadem credenda, & veneranda *frequentibus*, & *efficacibus* hortationibus impulerit: Paſſionem Redemptoris *tenerrimo affectu* coluerit, & *frequentiſſime* meditatus fuerit; aliosque ad eamdem devotionem, & meditationem *ſæpiſſime* excitaverit: cultum erga Venerabile Euchariſtiæ Sacramentum *summmopere* tenuerit, *&* *promoverit* verbis, & *exemplo*: Beatiſſimam Virginem, SS. Martyres, aliosque Sanctos *egregia* veneratione fuerit proſequutus, *multis piis* exercitiis, & jejuniis ſibi demeruerit, alios ad eadem pietatis opera *paſſim* attraxerit: *vehementiſſimo* exaltationis Fidei deſiderio flagraverit, *cruciatus*, *mortem*, *patibula* pro Fide optans, & *magna* cum *delectatione ſæpe exclamando* poſtulans: alios in Fide *diligentiſſime* inſtruxerit, difficillima Fidei myſteria *ſingulari*, *ac prope divina* ſcientia explicuerit; in morbis ſanandis ſignum Crucis adhibere *ſolitus* fuerit, Deo Fidem Servi ſui *confirmante* ſignis, & miraculis conſecutis. Multa ex his Spem quoque ſublimem oſtendunt, uti etiam omnia opera bona, magis vero proprie, quod Ven. Dominicus æternam beatitudinem, & auxilia ad eam obtinendam neceſſaria *unice*, *&* *penitus* Deo confiſus *certiſſime* ſperaverit; operibus, ac colloquiis *ſummam* in Deo fiduciam *frequenter* præſetulerit, ac pariter *ſummam* ſui ipſius diffidentiam oſtenderit, de eadem Spei virtute *altiſſime*, & veluti *extra ſe raptus* loqueretur: alios ad ſperandum *exemplo* æque ac verbis *efficacibus* excitaverit, ac ſæpe compulerit: ſimiliter deſperantes, aut diffidentes ad bonam Spem de Deo concipiendam *vehementer* ſategerit revocare: eidem Spe ductus vitam *ſanctiſſimam* amplexus fuerit, & *conſtantiſſime* tenuerit, mundum contempſerit, ac *nihili* habuerit: magna in Deo fiducia innixus *plurima difficilia*, *&* *admiranda* petierit, & impetraverit. De Charitate vero, quæ præſtantiſſima eſt virtus, ac potiſſimum probanda, quot, & quanta nobis ſuppetunt certiſſima ejus fulgoris argumenta? Quippe Ven. Dei Servus *intenſiſſime* toto corde, ac totis viribus Deum amavit: *tantusque* erat ejus amor, ut alios ad Deum intenſe etiam amandum maximopere ſtuderet impellere, *felici ſæpe* cum effectu: ſplenduit in eo *exactiſſima* Præceptorum Dei, & Eccleſiæ obſervantia, ut ne in *minima* quidem re defeciſſe unquam viſus fuerit: de peccatis aliorum, & offenſis Deo illatis *maximum* dolorem capiebat; easque impedire *pro viribus* etiam poſthabito *quovis periculo* conabatur: zelo gloriæ Dei, & ſalutis animarum *adeo exarſit*, ut ad eam rem *natus* B. Bonaventuræ a Potentia videretur: Orationi *aſſiduè*, & ad *longam noctem*, vultu in terram defixo, & os imprimens loco, in quem ſputa proiiciuntur, *ferventiſſime* vacabat, neque ardorem internum poterat occultare, qui *ſuſpiriis*, *lacrymis*, & piis affectibus emergebat, & *vultu inflammato* emicabat: ejus autem oratio ad *altiſſimæ Contemplationis* gradum devenit, ut ex *raptibus*, *&* *ecſtaſibus*, *&* *continua* Dei præſentia, etiam cum operibus externis incumberet, non intermiſſa demonſtratur. Quid vero dicemus de *frequentibus* colloquiis de Divino amore, *data* ſeu *arrepta quavis* occaſione habitis, in quibus vultus ejus *inſigniter accendebatur*, atque alii *tanto exemplo* ad eumdem divinum amorem permovebantur? Quid de *præclara* illa devotione, & animi *ardore*, quo Sacris operabatur, aliquando etiam *ſenſibus abreptus*, *&* *e terra elevatus*, facie *plerumque accenſa*, & adſtantes in reverentiam, & admirationem rapiens?

39 Nec minus ſunt illuſtria, & indubitata ſigna eminentis erga Proximos Charitatis, quæ fuit in Servo Dei virtus veluti characteriſtica. Etenim demonſtratum eſt in Elencho, Ven. Dominicum nihil habuiſſe antiquius, quàm

quàm ut in proximorum ſalutem *omni conatu*, *nulliſque* parcens *laboribus* incumberet, Peccatores ad pœnitentiam *aſſidue* converteret, quod & *feliciſſime* præſtitit; aliquando cum *aperto vitæ periculo* etiam pro unius animæ ſalute, & pœnitentia *præclaram* operam poſuit, ſolitus dicere, *millies* ſe vitam pro unius hominis converſione, ſi oporteret, amiſſurum: ægrotantibus, & in poſtremo vitæ articulo conſtitutis *amantiſſime* ſubveniebat, egregia pietatis opera tam ſpiritualia, quam corporalia *ſingulari charitate* præſtabat: Pauperes *quibuſcumque* poterat viis, & *auxiliis* ſublevabat, *ſuo amictu* operiendos curabat, cibo, ut eos aleret, abſtinebat, *prævia*, ut par erat, *Superiorum venia*, & nunquam pecuniam pauperibus diſtribuendam apud ſe retinens ad ſtrictam Regulæ normam: viſus quin etiam fuit, ſtramentitiam culcitram *propriis humeris geſtare* ad uſque januam tugurii pauperculæ Fœminæ. Quid? quod in proximorum commodis ſpiritualibus, & temporalibus ad bonum exitum promovendis *opere*, *&* *conſilio ſedulus* erat; in confeſſionibus audiendis, & Verbo Dei prædicando *indefeſſus*; in diſcordiis Civium ſedandis, & amicitiis inimicorum conciliandis *aſſiduus*, *&* *admirabilis*? jam ſi de Prudentia ejus inſigni quæratur, quoniam hæc virtus cum heroica erga Proximos charitate maxime conjuncta debet eſſe, æque evidentia in Elencho apparent argumenta, quibus ſplendor hujus virtutis comprobetur. Nam liquet, Ven. Dominicum ad conſecutionem vitæ æternæ Religionem Sancti Franciſci, *perfectionem* virtutis, & obſervantiæ Regulæ, atque omnia auxilia, quæ *opportuniſſima* judicavit, elegiſſe; munus Directoris, & Confeſſarii Monialium ſpatio annorum viginti duorum *ſapientiſſime* exercuiſſe; Moniales easdem ad priſtinam Regularis diſciplinæ obſervantiam *intrepide*, & *ſanctis inſtitutionibus* revocaſſe; conſiliis *prudentiſſimis plurimos* adjuvaſſe, paſſim ab exteris, & domeſticis ob eam rem, & ob *perſpectum Conſilii donum felici* cum eventu quæſitum, *mira dexteritate* in conſcientiis dirigendis excelluiſſe, & pro ſecuriori animarum directione ſæpe interna Cordium arcana divinitus immiſſo lumine penetraſſe, multosque præterea ejusdem Ordinis Viros Religioſos ab eo fuiſſe in *via perfectionis*, & in *puritate* Regulæ cuſtodienda inſtitutos, qui magna deinde Sanctitatis opinione ex tali ſchola, & diſciplina floruerunt. Ac ne in omnibus virtutum generibus ſingulatim enumerandis immoremur, Juſtitia inſignis Famuli Dei ſecundum ejus ſtatum, & vitæ conditionem emicat ex *amore omnium virtutum*, *ex ſollicitudine*, ne cui noceret, & ut omnibus *potius prodeſſet*, ex legis divinæ cuſtodia *vigilantiſſima*; *ex præclara* erga cultum divinum pietate, ex *æquali* erga omnes Perſonas converſatione, & conſuetudine, *habita utilitatis tantum Proximorum ratione*. Fortitudo autem excelluit in rebus quibuſcumque pro gloria Dei quantumvis *arduis*, *&* *difficillimis* aggrediendis, *in admirabili* conſtantia, & patientia, *qua incommoda quævis*, *&* *adverſa læto animo* perferebat, in mortis periculis ad abſterrendos a peccatis homines libenter adeundis, in exercitio *conſtanti*, *&* *invicta* perſeverantia omnium Virtutum heroicarum ad extremam uſque horam obitus. Non minus eluxit Ven. Dominici Temperantia, ſive *omnes animi perturbationes*, aut paſſiones *penitus* rationi ſubjecerit, ſemper ſibi conſtans, & æqualis, *hilari ubique*, *&* *ſereno vultu*, ſive quod jejuniis *frequentibus* corpus domuerit, ſæpe ſolo *pane*, *&* *aqua*, aut *herbis* victitaverit, ſive quod *cruentis*, *ac repetitis* verberationibus, & *aſperrimis* ciliciis, *ferreiſque aculeatis* catenis carnem in ſervitutem redegerit, ſive quod plurima alia, & diverſa mortificationis genera invenire, & adhibere diligentiſſime ſtuduerit.

Quod

Digitized by Google

40 Quod ſi *perfectam* obſervantiam Votorum, & regularum inſpicere velimus, graviſſimis oculatis Domeſticorum teſtimoniis, aliiſque auritis primi gradus confirmatum reperiemus, V. Chriſti Famulum *exacte* impleviſſe = *la purità della Regola* =, ut loquitur locupletiſſimus Teſtis B. BONAVENTURA A POTENTIA. Paupertatis heroicæ ſingularia exempla in *habitu*, in *cella*, in *actionibus suis* narrant Teſtes, ut ne *forſicem* alteri Conſodali ſine *Superioris venia* commodare auſus fuerit; munera vero ſibi afferri *ægerrime* tulerit, ut auctor eſt idem *B. Bonaventura*, pecuniam ad ſublevandos Pauperes collectam *nunquam penes* ſe retinuerit. Egregiam ipſius Caſtitatem demonſtrat non tam *odor ſupernaturalis* ex ejus corpore latè longeque procedens, quam *accurata diligentia* in Fœminis magna cum *modeſtia*, *& cautela* alloquendis, ut oculos *semper humi* defixerit, *numquam* manum ad osculum præbuerit, eamque cœleſtem virtutem *sæpe*, *& vehementiſſime* laudaverit, commendaveritque. Quoad ejus obedientiam oſtenſum eſt, ad *voluntatem nutumque Superiorum* eum omnia ſua opera direxiſſe, nihil unquam niſi ex eorum *imperio*, *aut bona venia* aggreſſum, hujuſque virtutis *ſingularem amorem* in hortationibus habendis præſetuliſſe. In genere ejuſdem Servi Dei *perfectiſſima* Regularis Diſciplinæ obſervantia laudatur, quia *puritatem Regulæ* a ſe exigebat, quia *in nulla vel minima parte* defeciſſe viſus eſt, quia cœteros ad exactiſſimam diſciplinam regularem *dicto* excitabat, *exemplo* permovebat, quia Superiores Ordinis acerrimum vindicem, & Cuſtodem legum, & Conſtitutionum exiſtimabant, dignumque crediderunt, cui erudiendum *B. Bonaventuram a Potentia* committerent, quia plurimi alii Viri Religioſi sub ejus directione *puram Regulæ obſervantiam* profiteri decreverunt. Poſtremo fundamentum ad tam altam perfectionem, quod eſt Humilitas, quî deeſſe potuit in alumno præſertim humillimi S. Franciſci, ejuſque devotioni addictiſſimo? Ille *humillimam* de ſe cognitionem habebat, *libenterque* aliorum conſiliis ſubjiciebatur, omnium mortalium ſe *miſerrimum*, *& maximum peccatorem* ultro compellabat, ab aliis orationes, & preces pro ſuis peccatis *ferventiſſimè expetebat*: ille a vana gloria erat alieniſſimus, honores ab aliis ipſi conferri *perquam moleſte* ferebat, virtutes, & Divina charismata, quibus a Deo erat inſigniter honoratus, abſcondere, quantum poterat, conabatur: ille miniſteriis viliſſimis operam ſuam *libentiſſime* impendebat, ab omnibus contemni, ac pro nihilo haberi *deſiderabat*, *magnaque*, cum id aſſequebatur, *lætitia* geſtiebat, ac veniam pro illatis ſibi injuriis *humi proſtratus* aliquando poſtulavit. Verum quid multis opus eſt? patent hæc aliaque permulta in Elencho per ſingulos uniuſcujuſque virtutis titulos, adjectis circumſtantiis, commemoratis actibus ſpecificis, & individuis, enarratis factis particularibus, idoneis, & congruentibus teſtificationibus comprobata. Colligitur ex aſſertionibus expreſſis Teſtium, ex actibus ipſis expoſitis *frequentia*, *facilitas*, *perſeverantia*, *promptitudo*, *delectabilitas*, *ſuavitas*, *arduitas*, ut nihil ſupra ſit deſiderandum ad *Relevantiam*, de qua agitur, demonſtrandam.

41 Aliqua tamen ſuperſunt enucleanda, quæ in hoc capite de Relevantia ſparſim ab Animadverſionibus objiciuntur. Non enim putant (*a*), Charitatem erga Deum recte probari per = *conciones*, *ac pia colloquia de Divino amore frequenter habita*, *ut alios etiam ad hanc virtutem alliceret V. Dei Servus* =, quia ut optime ait S. Petrus Chryſologus = *Doctrina in dictis*, *ſcientia eſt in factis virtus* =; id tamen nihil obeſt; non enim in

V. Do-

(*a*) *Animadvers. num.* 38.

V. Dominico commendatur inanis aliqua, & ſubtilis doctrina, non eloquentia humana in perorando, ſed efficacia in verbis ex corde prodeuntibus, qua ideo homines ad amplectandam virtutem impellebat, quia ipſe prius agebat, quod agendum inculcabat; nám ut ait S. Gregorius Magnus (*a*): = *Cum imperio quippe docetur, quod prius agitur, quam dicatur, nam doctrinæ ſubtrahit fiduciam, quando conſcientia præpedit linguam* =. Oſtenditur præterea heroica erga Deum Charitas *ex ardore* in his hortationibus de Divino amore, ex *frequenti pia* de Deo locutione, quæ adeo fervens erat, ut vultus ejus *accenderetur*, & alii ex eodem igne flammas Divini Amoris conciperent, quæ non ſunt pura verba, vel ita ſunt verba, ut ſimul ſint opera, & facta excellentiſſima, ex quibus evidenter habitus internus eximiæ charitatis evincitur, ut videre eſt in Relationibus, Rotalibus, & in Bullis Canonizationum, & in Benedicto Pontifice XIV. hanc doctrinam multis exemplis confirmante (*b*). Arguit etiam Animadverſio (*c*), Prudentiam Servi Dei non *ex multitudine exquirentium ſua conſilia*, ſed *ex conſiliis ipſis* æſtimari oportere. At præterquam quod in Elencho ſub Titulo de Prudentia multa ſunt in individuo expoſita conſilia ſapientiſſima Servi Dei, & *ex ipſa* etiam *multitudine*, & *dignitate* exquirentium conſilia validiſſimum argumentum ad excellentiam Prudentiæ colligendam deſumitur, conſiliorum utilitas ex fructibus cognoſcitur, & æſtimatur; non enim *poteſt arbor mala bonos fructus facere*: fructus autem uberrimi conſiliorum Servi Dei enunciantur a Teſtibus in *converſione Peccatorum*, in *directione proborum ad perfectionem*, in *reſtitutione Diſciplinæ Regularis Monaſterii* Amalphitani Sanctiſſimæ Annunciationis, in *Sancta Vita a plurimis Monialibus*, & *Tertiariis* ex V. Dominici inſtitutione usque ad mortem perducta, *in tot, tamque inſignibus Religioſis Viris* ſui Ordinis, qui maximos in virtutibus profectus *admirabili Servi Dei prudentia directi* fecerunt. Neque deſiderandum eſt, ut ipſa conſilia pro conſcientiis gubernandis data pateſiant, cum aliunde de *fine* illorum, *exitu*, & *fructibus bonis* locupletiſſime conſtet. Atque ita vulgo fieri ſolet in Actis Canonizationum, quod nimirum inter alia, Prudentiæ ſplendor oſtendatur in Sanctis, ut ait citatus doctiſſimus Pontifex Benedictus XIV. (*d*), = *quia ſalubria conſilia præſtiterunt, QUORUM OPE peccatores ad Deum converſi ſunt, vel boni mirabiles progreſſus in Chriſtianarum Virtutum exercitio fecerunt* =.

42 Nemini autem mirum videri debet, quod opponit ſolertiſſimus Cenſor (*e*), vigilias, jejunia, & frequentes Corporis afflictationes a Religioſis illis, quorum fides rogata eſt, taceri; quia cum in Proceſſu Ordinario anni 1694. in quo Teſtes oculati Religioſi inducti ſunt, nullum fuerit interrogatorium, nullusque articulus, quo Teſtes has corporis macerationes ſingillatim exponere rogarentur, apparet ratio, cur Teſtes Religioſi, qui præ cæteris Teſtibus intra terminos articulorum, & interrogatoriorum ad evitandam affectionis notam conſiſtere debebant, de prædictis afflictationibus plusquam cæteri ejusdem Proceſſus Teſtes tacuerint; quamquam cum de ejus paupertate loquuntur, Corporis etiam mortificationem ſatis abunde confirmant, & is qui Superior ejus fuit, *Teſtis X.* primæ Ordinariæ Inquiſitionis obiter, ac veluti aliud agens eamdem præclare teſtatur (*f*) *Quantunque detto Padre Fra Domenico ſi andava naſcondendo . . . . io però l'andavo facendo la*

ſpia

(*a*) *Lib. 23. cap. 7.*
(*b*) *Magn. Oper. cap. 23. num. 26., & 27.*
(*c*) *Num. 40.*
(*d*) *Lib. 3. cap. 24. num. 9.*
(*e*) *Num. 41.*
(*f*) *In Elencho Titul. III. Actu VI.*

ſpia per curioſità , e ſempre lo ritrovavo o in orazione , o diſciplinandoſi =. A veritate alienum cæteroquin eſt, jejunia, vigilias, & frequentes alias Servi Dei afflictationes a Teſtibus referri ſolum *de auditu*, aut de publica voce, & fama, cum in Elencho ſub *Titulo de Temperantia Actu II., III., IV.* Teſtes ſint præcipue in Proceſſu Ordinario ſecundo anni 1742., & in Apoſtolico anni 1744., qui *de viſu*, & reſpective de AUDITU PROPRIO ea deponunt, quæ aut *viderunt* ipſi, aut *reſpective audierunt* de jejuniis, de flagellationibus, de aſperrimis ciliciis, aliiſque afflictationis generibus, inter quos notari dignus eſt *Carolus Manſi Theſaurarius Eccleſiæ Cathedralis Ravellenſis Teſtis VIII.* in Apoſtolica Inquiſitione, idemque Teſtis L in Ordinario Proceſſu anni 1742., qui plures annos in Conventu Amalphitano Sancti Franciſci commoratus eſt, & omnes Servi Dei actiones diligentiſſime obſervavit. His Teſtibus accedunt alii Religioſi, & ſæculares *auriti primi gradus* a Religioſis V. Dominici conturbernalibus, aliiſque, qui ejuſdem macerationes per ſe viderunt. De Caſtitate ſuperius jam dictum eſt, eam certiſſimis probationibus inniti præter odorem ſupernaturalem e corpore egredientem; modo addimus ad refellendam Animadverſionem (*a*), illiuſmodi odorem indicem Caſtitatis, & Sanctitatis certiſſimum fuiſſe, cum minime fuerit, aut fingi potuerit naturalis. Quis enim tot, ac tam concordia graviſſimorum hominum teſtimonia vertat in dubium? aut quis, ſi ea admiſerit, de cæleſtis odoris prodigio ambigendum contendet? Legatur in Elencho ſub *Titulo IX. Actus III.*, relegatur *Summarium ibi citatum pag.* 128., *& ſeqq.*, & continuo patebit, talem, ac tantum odorem, qualis a Teſtibus unanimi conſenſu deſcribitur, nulli cauſæ naturali eſſe tribuendum. Vel ex ſola *B. Bonaventuræ a Potentia* ſimplici depoſitione id aperte colligi exiſtimamus (*b*): = *E' vero*, (inquit Beatus) *che il detto Padre Frà Domenico vivente mandava fuori un certo odore, che io non lo ſapevo diſcernere, che coſa foſſe, ed OGGIDI' ANCORA nella ſua Camera ò oſſervato L'ISTESSO =.* Quænam cauſa naturalis hujus odoris tamdiu permanentis adſignabitur? Negamus igitur quidquam eſſe medium: aut fides tot graviſſimis Teſtibus juratis penitus eſt abroganda, & eos impudentiſſime pejeraſſe ſuſtinendum; aut fatendum eſt, illum odorem totius naturæ vires, & virtutem ſuperaſſe, ſolique Deo Servi ſui innocentiam oſtendere volenti adſcribendum. Infirmiſſima ſane ſunt, quæ ex *Summario* citat Animadverſio, ad oſtendendum, eum odorem fuiſſe naturalem; ac potius aſſertionem noſtram, & ſummam V. Dominici humilitatem illi occultando, licet incaſſum, hoc cæleſti Dono mirifice confirmant, ut legentibus fiet manifeſtum: interrogatus Servus Dei, quiſnam hic eſſet odor, quem ſpirabat, reſpondit = *Il Molinaro ſe vi paſſa d'avanti di che odora?* =? cui cum Teſtes repoſuiſſent = *odora di farina, lui diſſe, perchè quella maneggia, e così anche noi, che amminiſtriamo i Sagramenti* =. Alius Teſtis refert = *l'odore, che ſentivo non aveva alcuna ſimiglianza all'odore, che ci mettevo io* (in Veſtibus Sacerdotalibus), *ed alle volte gli dicevo: oh Padre mio che odore è queſto: e lui mi riſpondeva: Figlia, che odore poſſo dar io, che ſono un ſacco di vermi, e non ſai tu di che ſiamo impaſtati: e perchè alcune volte per coprire detto dono di Dio, lui portava in mano qualche erba odorifera, come menta, ruta, nepeta, mi diceva: vedi: queſto è l'odore, che ſenti, ſono queſt'Erbe; ma l'odore non era quello dell'Erba* =. Eodem alludit di-

(*a*) Num. 42.

(*b*) *In ejus teſtificatione Part. I. demonſtrationis Virtutum heroicarum Titul. V. ſuper decimo Articulo.*

dictum alterius Teſtis := *era tanto eccesſivo queſt'odore, che molte volte l'ho sentito da dentro il Noviziato, e calando poi abbaſſo trovavo o che era venuto il Servo di Dio, o che ſtava per venire, e dicendogli: o Padre, che odore è queſto che mandate, egli riſpondeva: sciocca, io mi ho poſto un poco di nepeta allo ſtomaco, e queſto è l'odore, che voi sentite: ma in fatti non era odore di nepeta, ne di altri fiori terreni, ma odore speciale; io non ho mai sentito altro, ne l'ho potuto mai raſſomigliare ad altri odori* =. Ex his, ut præmiſimus, potius quam evertatur veritas prodigii, ut putat Animadverſio, præclare comprobatur, unaque præcellens Servi Dei Humilitas maniſeſtiſſime concluditur. Cur vero, quave de causa aſſerunt Animadverſiones (*a*), *in obitu nil reperiri, quod illuſtre revera ſit, & sanctimonia plenum?* Enimvero graviſſimis, & perſpicuis teſtificationibus probatum eſt (*b*), quod primum Servus Dei obitum ſuum multo ante prænunciaverit; deinde in ipso extremo morbo patientiſſime se geſſerit; antequam Sacro Viatico se reficeret, actus virtutum omnium ferventiſſimos elicuerit: dum Sacrum Viaticum accederet, adeo piis affectibus, & precibus flagraverit, ut ab adſtantibus lacrymas expreſſerit; in aſſiduo virtutum omnium, & heroicorum actuum exercitio ad extremum usque perduraverit, donec placidiſſime in Domino obdormivit. Accedit concursus ad ipſius ægrotantis cellam Archiepiscopi, Canonicorum, aliorum, qui fama, & opinione Sanctitatis commoti accurrebant, & ardentiſſimis ipſius affectibus ad pietatem excitabantur: tum ingens populi etiam concursus ad ipſius cadaver, quod triduo expoſitum fuit, & vix præ turba ab osculari pedes volentibus tangi poterat, quod demum in Arca marmorea solemniter, aſſiſtentibus Primoribus Civitatis, inclusum, & sepultum eſt. Nec defuerunt prodigia: Cadaver flexibile permanſit; vultus inſtar dormientis apparuit; ſuaviſſimus odor late effundebatur; sanguis e corpore inciso effluxit. Omittimus alia Miracula ad ejus Sepulchrum patrata, Reliquias ipſius magno cum deſiderio expetitas, famam Sanctitatis in obitu auctam, ac nunquam deinceps interruptam, prodigia in Actu Viſitationis Sepulchri, & in Cadavere annotata; nam haſtenus dicta plane convincunt relevantiam Virtutum heroicarum Servi Dei, & obitum illuſtrem, & sanctimonia plenum fuiſſe demonſtrant.

43 Hæc ſunt, quæ diximus sub capite *de relevantia* in prætetita Reſponſione: accipe nunc, quæ ad ſingulos virtutum titulos in elencho (*c*) prænotavimus. Hujus elenchi lectores (ajebam) præmonitos eſſe volumus, primum, quod Actus omnes specifici virtutum in Elencho expoſiti satis idoneo Teſtium Apoſtolicorum numero inſtructi sunt; ſi tamen aliqui Actus individui, vel aliquæ circumſtantiæ a Teſtibus Ordinariis referuntur, ab Apoſtolicis vero non enarrantur, non propterea a ratione probationis hujusmodi Actus individuos rejicere par eſt, tum quia ſi unus aliquis oculatus Teſtis tantum eos referat, semiplene probat, tum quia semel probato habitu virtutis per Teſtes conteſtes Apoſtolicos, & Ordinarios, aut tantum Apoſtolicos; aliquos Actus ejusdem virtutis per solos Teſtes Inquiſitionis Ordinariæ manere probatos, sæpe admiſſum fuit in Sacra Congregatione, ut tradit Benedictus Pontifex XIV. *lib. 2. cap. 5. num. 6.* Deinde aliquando continget, quod ſimilis aliqua teſtificatio (rarò tamen eadem) in diſtinctis titulis, ac diverſis Actibus enuncietur, quod tamen minime Actuum inopiam arguit, sed ſummam inter se Virtutum connexionem oſtendit, &

quod

(*a*) *Num. 43. & in Elencho Titul. VII. Actu ultimo.*

(*b*) *In Summar. pag. 163. toto numero 20.*

(*c*) *Part. 2. a pag. 28. ad ſeqq.*

quod Teſtes plerumque uno veluti ſpiritu; ac continenti oratione diverſarum Virtutum complures Actus comprehendunt, & effundunt. Accedit, quod ſæpe idem heroicus Actus externus ſplendorem internum plurium virtutum demonſtrat, & non incongruè ad eas omnes probandas refertur.

44 Heros Chriſtianus in primis Fidem heroicam habuiſſe probandus eſt. Cum autem internus habitus Fidei lateat, ex operibus externis ille dignoſci poteſt; quæ opera aut habitum communem omnibus juſtis, aut excellentiorem pro eorum *varietate*, *multitudine*, *&* *intenſione* probant. Si ergo conſtiterit, Ven. Dominicum plurimis Actibus externis Fidem arguentibus *frequenter*, *facile*, *&* *cum delectatione* ſe exercuiſſe, multoſque præterea actus elicuiſſe ad hanc virtutem probandam accommodatos, ſublimius quiddam, & excellentius ex *rei natura*, aut ex *circumſtantiis*, *&* *modo* referentes, eum in Fide Chriſtiana *heroicè* excelluiſſe minime erit dubitandum. Hi vero Actus Fidem heroicam demonſtrantes recenſentur a Cardinali de Lauræa *tom. 2. in lib. 3. ſentent. Diſp. 32. art. 8.*, *&* *9.*, & a Benedicto Pontifice XIV. *lib. 3. cap. 23.* ac fere hi ſunt, *frequens Fidei confeſſio*, ejuſdem *miſteriorum profeſſio*, *&* *veneratio*, *propagatio Fidei*, aut *ardens ejus deſiderium*; *reformatio morum totis viribus* procurata, *exacta obſervatio præceptorum*, ac *conſiliorum legis Evangelicæ*, *cultus*, & *veneratio erga Paſſionem Chriſti*, *Ven. Euchariſtiæ Sacramentum*, *Sanctiſſimam Virginem*, *Martyres*, *alioſque Sanctos*, *exacta obedientia Deo*, *Eccleſiæ Catholicæ*, *Romano Pontifici*, *cæteriſque Prælatis Eccleſiaſticis*, *fides Miraculorum*, *qua ſigno Crucis*, *aut invocatione Sanctorum mirabilia ſæpe*, *ac Miracula quandoque patrantur*. His actibus Ven. Dominicum præſtitiſſe ex hoc titulo conſtabit, eorum tamen quibuſdam ad alios titulos remiſſis.

De excellentia Fidei.

45 Omnia opera bona Spem demonſtrant; opera vero ſublimia, & excellentia Spem ſublimem, & excellentem oſtendunt. Et habitus quidem Spei cum lateat in Anima, uti habitus cæterarum Virtutum, neque cognoſci itidem poſſit ex actibus propriis internis æque latentibus, ſolum probari debet ex operibus externis. Hujuſmodi actus externi erunt actus Spei aut *formales*, aut *virtuales*, ut diſtinguit, & explicat Scacchus *de not.*, *&* *ſig. Sanct. ſect. 3. cap. 2.* Dicuntur actus *formales* Spei externi, cum aliquis *verbis* explicat, ſe *Divino auxilio* fretum *certiſſimè* ſperare vitam æternam; dicuntur vero actus *virtuales* externi illi, ex quibus colligitur, *firmiſſimam* in operante eſſe Spem, qui ea opera non exequeretur, niſi *in Divina bonitate* ſperaret, Ad oſtendendam ergo Spem heroicam recenſentur hi Actus: *verba ex Sacris Scripturis*, aut *aliunde frequenter repetita certiſſimam Spem indicantia*, non ex meritis propriis, ſed ex *meritis Chriſti*; reſpicere *ſolum Deum tanquam finem*, cætera omnia *ut media* ad hunc finem conſequendum; *rerum arduarum*, *&* *difficilium propter Deum Spes contra humanam Spem*; *Diffidentium*, *aut Deſperantium excitatio ad bona Spem* concipiendam; *fiducia obtinendi a Deo*, quidquid ad *ipſius gloriam* pertinere intelligitur; *rerum temporalium*, ac *ſui ipſius renunciatio*, *&* & *diffidentia*. Hos Actus Spem ſublimem, & heroicam arguere, docet immortalis Pontifex Benedictus XIV. *lib. 3. cap.* 14. §. 4. Ex iiſdem Ven. Dominicum heroica Spe fuiſſe præditum modo conſtabit.

De heroica Spe.

46 Cum Charitas ſit excellentiſſima omnium Virtutum, juxta illud Apoſtoli *ad Corinth. I. cap. 13. v. 13. Major autem horum eſt Charitas*, demonſtretur, neceſſe eſt, fulgor Charitatis in eo, qui Sacris Altaribus eſt admovendus. Perfectio autem Charitatis in via ea eſt, ut *ita quis amet*

De eximia erga Deum Charitate.

Deum, ipſi vacet, rebuſque Divinis, ut cætera omnia prætermittantur; niſi quantum exigit neceſſitas naturæ; ut docet S.Thomas 2. 2. *quæſt.*24. *art.* 8. Colligitur, ac probatur Charitas eo modo perfecta, & excellens ex plurimis Actibus externis; ex *intenſiſſima*, & *ferventi Dei Dilectione ſuper omnia verbis expreſſa*, ex *conformatione cum Divina voluntate in quolibet eventu*, ex *frequentibus de Deo, rebuſque Cæleſtibus colloquiis*, ex *lætitia, vultuſque inflammatione, cum ſermo incidit de Deo*, ex *inflammatis hortationibus ad amandum Deum*, ex *egregio cultu V. Euchariſtiæ Sacramenti*; ex *horrore peccati*, ex *zelo gloriæ Dei*, & *ſalutis animarum*, ex *exacta obſervantia præceptorum*, & *conſiliorum Legis Evangelicæ*, ex *aſſidua*, & *ferventiſſima Oratione*, & *altiſſima contemplatione*, & *unione*, ac *præſentia Dei*. Quos omnes Actus in Ven. Dominico effulſiſſe, in hoc titulo patebit.

De excellentia Charitatis erga Proximos.

47 Præter Virtutes Theologicas in gradu heroico is, qui Beati honores conſecuturus eſt, probandus eſt emicuiſſe in eis Virtutibus, *quæ ipſius ſtatui maxime ſunt accomodatæ cum præparatione ad reliquas, ſi quando occurreret occaſio* eas exercendi. Quocirca cum Venerabilis Dominicus ſe totum ad animarum ſalutem procurandam contulerit, ejus erga Proximos charitas, quæ etiam ex charitate Dei deſcendit, tanquam virtus ejus characteriſticâ modo eſt demonſtranda ex *Actibus Miſericordiæ* tum *Spiritualibus*, tum *Corporalibus*, *attento* ſcilicet *Religionis ſtatu*, quem Servus Dei profitebatur. Conſtabit igitur, Venerabilem Dominicum *animarum ſaluti operam diligentiſſimam dediſſe*, *plurimos Peccatores ad bonam frugem revocaſſe*, *ægrotantibus*, & *in extremo agone degentibus amantiſſime ſubveniſſe*, *Pauperes multifariam ſublevaſſe*, *indefeſſum fuiſſe in promovendis Bonis Proximorum Spiritualibus*, & *Temporalibus*, in *confeſſionibus excipiendis*, *in concionibus habendis*, *in diſcordiis*, & *inimicitiis ſedandis*.

De heroica Prudentia.

48 Ex Angelico Doctore 2.2. *quæſt.*166.*art.*2. *ad primum* conſtat, Prudentiam eſſe normam cæterarum Virtutum Moralium: de hac ergo primum dicendum: cum plures ſint partes *ſubjectivæ* Prudentiæ, optime animadvertit Scacchus *de not.*, & *ſing. Sanctit. Sect.* 4. *cap.* 1. §. *Prudentia*, de ea tantum parte vel partibus *ſubjectivis* Prudentiæ in Cauſa Canonizationis inquirendum eſſe, in quibus Servus Dei *juxta proprium ſtatum* ſe valuit exercere. Quapropter cum Venerabilis Dominicus eum vitæ curſum tenuerit, ut ad proximos juvandos diligentiſſimam operam navaverit, Heros certe in Prudentia cenſebitur, ſi poſtquam ad *æternæ vitæ conſecutionem opportuniſſima media* ſibi elegerit, munus præterea Confeſſarii, & Directoris Monialium *ſingulari ſapientia* exercuerit, eaſdem Moniales ad *exactam Diſciplinam Regularem*, *ſuperatis quibuslibet difficultatibus*, impulerit, plurimos alios *ſapientiſſimis conſiliis* adjuverit, *miraque dexteritate* in conſcientiis dirigendis *excelluerit*, paſſim proinde *in conſilium adſcitus a Domeſticis*, ab *extraneis*, ab *omnibus cujuslibet generis hominibus*; quod reapſe ita accidiſſe Actus ſequentes demonſtrabunt.

De præſtantia Juſtitiæ.

49 Quamquam, ut notat S.Hieronymus ad Demetriadem, omnes Virtutum ſpecies ſoleant nomine Juſtitiæ compellari, tamen Juſtitia magis proprie ſumpta quaſdam habet partes ſibi reſpondentes *ſubjectivas*, & *potentiales*. Juſtitia *commutativa*, & Juſtitia *diſtributiva partes ſubjectivæ* Juſtitiæ dicuntur, de quibus loquitur Apoſtolus ad Romanos 13. *vers.* 7. *Reddite ergo omnibus debita, cui tributum, tributum, cui vectigal, vectigal, cui timorem, timorem, cui honorem, honorem; nemini quidquam debeatis*. De partibus *potentialibus* Juſtitiæ, quæ in Venerabili Dominico ex-

pen-

pendendæ eſſent, *obſervantia legis Divinæ*, *& mandatorum omnium* probata eſt in titulo Charitatis erga Deum; *obſervantia Regularis*, & *obedientia Superioribus debita* demonſtrabitur *Titulo IX.*, atque adeo ſolùm ſupereſt oſtendere Servum Dei amore Juſtitiæ, & virtutum omnium excelluiſſe, *ne cui noceret*, *diligentiſſime* caviſſe, *eximia pietate erga Deum, reſque divinas* fuiſſe præditum, *cuſtodiæ legis Divinæ* invigilaſſe, in Proximorum ſalute procuranda *non reſpexiſſe Perſonas*, ſed quæ magis forent utilia, fuiſſe ſequutum.

De egregia Fortitudine.

50 Fortitudo, quæ Prudentiam, Juſtitiamque ordine proximè conſequitur, animum contra quævis gravia pericula firmat, & partim aggrediendo, partim ſuſtinendo perficitur. Quare præter *Fiduciam*, & *Magnificentiam*, quæ proprie ſunt *partes integrales* Fortitudinis, *Patientiam* etiam, & *Perſeverantiam* ad eamdem virtutem ſpectare docent Auctores de Beatificatione tractantes, Card. de Lauræa *in 3. lib. ſentent. tom. 2. diſput. 32. art. 15.*, Matthæuccius *in Practica Theologic. Canon. tit. 2. cap. 3. §. 3.*, Benedictus XIV. *lib. 1. cap. 24. §. 3. num. 31.* Itaque Ven. Dominicum *heroica Fortitudine* fuiſſe præditum apparebit, ſi conſtiterit, eum in *rebus quibuſcumque arduis*, & *difficillimis pro gloria Dei* aggrediendis *impavidè* ſe geſſiſſe *nullo terrore perculſum*, *in rebus adverſis ſuſtinendis conſtantiſſimum*, & *patientiſſimum* fuiſſe, etiam *cum mortis periculo Peccatorum converſionem* procuraſſe, *in aſſiduo Virtutum omnium exercitio ad pretioſum uſque obitum perſeveraſſe*, ut demonſtrabunt actus ſequentes.

De Temperantiæ fulgore.

51 Temperantia, quæ a S. Auguſtino *lib. 1. de lib. arbit. cap. 13.* dicitur *affectus coercens*, *& cohibens appetitum ab iis rebus*, *quæ turpiter appetuntur*, quaſdam ſub ſe habet virtutes, quæ ipſius *partes ſubjectivæ* appellantur, uti *abſtinentia*, *ſobrietas*, *caſtitas*; octo vero numerantur *partes* ejus *potentiales*, *continentia*, *manſuetudo*, *clementia*, *modeſtia*, *humilitas*, *ſtudioſitas*, *eutrapelia*, & *ſimplicitas*, de quibus agit S. Thomas 2. 2. *quæſt.* 143. *art. unico*. Quod ad Venerabilem Dominicum attinet, ejus *manſuetudinem*, *clementiam*, *& patientiam* in Titulo ſuperiori demonſtravimus; *Humilitati* proprius eſt titulus attributus; *ſtudioſitas* in Titulo Charitatis erga Proximos, & in Titulo Charitatis erga Deum, egregie eminet. Modo id agemus, ut liqueat eum *perturbationes animi*, ſeu *paſſiones rationi habuiſſe continenter ſubjectas*, *jejuniis frequentibus*, *aſſiduis*, ac *cruentis flagellationibus*, *aſperrimis ciliciis*, *variiſque mortificationis generibus corpus* caſtigaſſe, & in ſervitutem redegiſſe.

De perfecta obſervantia Votorum, ac Regularis diſciplinæ.

52 Benedictus Pontifex XIV. *lib. 3. cap. 35. num. 7.* commemorans doctrinam *Scacchi* dicit, ſanctitatis notam peculiarem in aliquo Dei Servo Regulari *ex tribus capitibus* eſſe deſumendam, *ex progreſſu* videlicet illius de virtute in virtutem ratione ſtatus Religioſi, ab *exacta obſervantia*, & *cuſtodia Votorum*, quæ nuncupavit, cum Profeſſionem emiſit, & denique *ex vigilantiſſima obſervantia* illorum omnium, quæ tam in *Regula*, quam *in Conſtitutionibus ſui Ordinis* continentur, ſive præcepta ſint, ſive non. In Venerabili Dominico a Muro *progreſſus de virtute in virtutem conſtat ex toto Elencho*, ac ſingillatim ex *Titulo de Temperantia actu ultimo*. Ejuſdem *exacta obſervantia trium votorum Paupertatis*, *Caſtitatis*, & *Obedientiæ*, nec non omnium *ſui Inſtituti Regularum*, *& Ordinis Conſtitutionum* ex actibus ſequentibus manifeſtabitur.

De heroica Humilitate.

53 Tam multis eſt ornata laudibus *Humilitas*, & Chriſtiana animi demiſſio, tam neceſſaria ad ſpiritualis vitæ fundamentum, & perfectionem a Sanctis Patribus, ac Myſticis Doctoribus prædicatur, adeo cum cæteris Virtutibus tè eſt connexa, ut operæ pretium fuerit, Titulum ſeparatum excellenti huic

Virtuti, reliquarum cuſtodi deſtinare. Demonſtrabimus itaque, Venerabilem Dominicum *de ſe humillime ſenſiſſe, aliorum judicio ſe ſubmiſiſſe libenter; obire ſolitum miniſteria quæque viliſſima, vitaſſe honores, & cenodoxiam, Divinos favores, & virtutes accuratiſſimè occultaſſe, ſui contemptum alacriter* ſubſtinuiſſe.

54 His ex prima reſponſione, & Elencho hactenus poſitis, perſpicue patet & falſitas Animadverſionum, & *heroicitas* virtutum Servi Dei. Omnes certe actus, qui in Elencho proponuntur, adeo evidentibus atteſtationibus probati ſunt, ut nihil ſupra. Heroicitas eorum actuum quum verbis genericis, tum expreſſis circumſtantiis *frequentiæ*, *facilitatis*, *delectationis*, aliiſque communem virtutem excedentibus paſſim a teſtibus commemoratur. Exemplo ſit primus actus tituli primi: *Venerabilis Dominicus altiſſima Fidei noſtræ Miſteria intenſiſſime credebat, & impenſe venerabatur; ea ut ceteri crederent, & venerarentur, crebris hortationibus efficiebat*. Unum vel alterum teſtem producam: Teſtis X. Apoſtolicus (a): *La ſua virtù della Fede era fermiſſima, ardentiſſima, ed eroica nel credere pienamente, quanto ci insegna la noſtra Santa Madre Chieſa: e queſto lo conoſcevo specialmente dalle ferveroſiſſime iſtruzzioni, che ce ne faceva il Servo di Dio &c.* Teſtis I. Proceſſus ordinarii anni 1694. (b): *In quanto alle Virtù Teologali, e principalmente sopra la Fede ho viſto talmente affezzionato (il Servo di Dio), che più volte celebrando la santa Meſſa, come nelle esortazioni, che faceva a noi Monache, pativa tali eceeſſi di affetti nel discorrere delli Miſterj della santa Fede, e precisamente delli Miſterj dell' Altare, e de' Santi Martiri, che bisognava tralasciare il discorso, non potendo reſiſtere all' impeto dello spirito, saltando di giubbilo, non potendoſi attribuire a difetto di memoria l' interruzione del discorso, ma ad eceeſſi dello spirito*. Similia ſunt reliqua teſtimonia, quæ opus non eſt excribere, quum extent in Elencho, & italicè ſcientibus ſe illico prodant.

Reſponſio ae §. 17. *Animadverſionum.*

55 Leviſſimnm porrò eſt, quod de actuum paucitate obiicitur. Siquidem ſub unoquoque titulo aut omnes, aut fere omnes actus ſubjecimus, quos ad unamquamque virtutem ſpectare ex *Benedicto Pontifice XIV.*, aliiſque præmonuimus. Plures hujuſmodi actus pluribus virtutibus eſſe communes ultro concedimus, immò in Elencho ipſo advertimus: præſertim actus quidam maximè ardui, & ex rei natura heroici facilè ad diverſas virtutes probandas trahi poſſunt. *Si hi tollantur*, inquis, *pauciſſimi ſunt, qui ſuperſunt.* Sed primum cur tolli debent? Nam quo plures virtutes ex uno actu demonſtrantur, eo magis hic actus cæteris eſt præferendus. Deinde redit iterum reſponſio noſtra: ex actibus, qui ad unamqnamlibet virtutem pertinent, non plures a *Scriptoribus de Beatificatione Sanctorum*, & a *Theologis* enumerantur, quam a nobis ſunt in Elencho diſpoſiti. Itaque falſum eſt actuum paucitatem nos ſupplendam curaſſe quum Miraculorum, quæ Ven. Dominicus patravit, recordatione, tum genericarum eorumdem teſtium depoſitionum ſerie. Etenim miracula, quæ actibus ipſis virtutum annexa ut plurimum ſunt, prætermitti non debent tum ut conſtet de fama Miraculorum, tum quia actus ipſi mirabiliores redduntur, *Domino ſignis cooperante*, tum denique quia mutuo juvant virtutes ad Miraculorum probationem ſtabiliendam, & miracula ad virtutum probationem corroborandam, & illuſtrandam. Ut enim ait Franciſcus Araujo (c), *præcipuè ex virtutibus hero-*

(a) *In Elencho pag. 30. circ. medium.* (b) *Pagina 31.*
(c) *In Deciſ. Moralib. tractat. III., quæſtion. XXIII. §. 1. num. 34.*

heroicis, concomitanter verò, & ſecundariò ex privatis viſionibus, & Miraculis ad nominis invocationem patratis ſumitur efficax teſtimonium illius, qui albo canonizandorum eſt adſcribendus: ut hic locum habeat tritum axioma: ſingula, quæ non proſunt, ſimul collecta juvant. Nullæ vero a nobis atteſtationes ita *genericæ* proferuntur, quæ apte non congruant illi actui, ad quem comprobandum accomodantur: cujus noſtræ aſſertionis rationem in ipſo Elencho, ad quem Animadverſiones provocant, collocamus, quin diutius in his immorari oporteat, donec aliqua, vel aliquæ atteſtationes indicentur, quæ ad actus, quibus ſubjectæ ſunt, non ſpectent.

56 Recenſet nunc diligentiſſimus Cenſor *paucos quoſdam actus*, quos a teſtibus non commemorari putat. Sed præterquamquod hi omnes actus aut expreſſis verbis a teſtibus referuntur, aut ſub aliis genericis atteſtationibus comprehenduntur, non eſt certè curioſius *de omnibus & ſingulis uniuscujusque virtutis actibus* inveſtigandum, an ex tabulis conſtet, eos Servum Dei exercuiſſe, quum aliunde liqueat, eum pluribus, ac præcipuis cujuslibet virtutis actibus exercendis emicuiſſe; ex quo præparatio animi ad omnes alios exercendos, ſi occaſio ferret, arguitur. Quare Bened. Pontifex XIV. (a) docens, heroicitatem quoad omnes virtutes probari non debere, laudat votum Garzonii, quod ita ſe habet: *insuper licet in canonizando prærequiratur omnium earumdem virtutum poſſeſſio, non tamen eſt neceſſe, quod per actus ſingulares verificentur, aut probentur ſingulæ in eminentia, quia non omnes ſancti eodem modo per ſingulas virtutes hac excellentia fulſere, sed alter magis in una, quam in alia; & ideo unius Sancti laudatur humilitas, alterius patientia, alius paupertas, quia illis magis præeminebant, ac de illis factum fuit majus experimentum &c.* Reſponſio ad §. 18. *Animadverſionum.*

57 Sed expendamus, ſi placet, ſingula, quæ in Elencho, & Summario deſiderari dicuntur. *Quis teſtium*, inquis, *unquam narravit, qua cordis demiſſione & obedientia ſe geſſerit erga Romanum Pontificem?* Ex titulo Fidei conſtat, qua cordis ſubmiſſione omnia Fidei noſtræ Myſteria crediderit, ac veneratus fuerit; ex *titulo IX. actu IV. & V.* (b) patet, qua obedientia ſe geſſerit erga ſuos Superiores non ſolum Regulares, ſed alios etiam; ex eodem *titulo IX. actu VI.* (c) liquet, quam exactè omnia Eccleſiæ præcepta obſervaverit. Satis ergo intelligitur, ita eum fuiſſe animo præparatum, ut cordis demiſſionem & obedientiam heroico modo Romano Pontifici præſtaret, ſi occaſio aliquando fuiſſet oblata. De ejus pietate erga Defunctorum animas etiamſi teſtes ſileant, quia nominatim non fuerunt interrogati, tamen argumentum peti poteſt ex ejus Charitate erga Proximos, titulo IV., ubi *novem actus* excellentiam hujus virtutis planè probantes adducuntur (d). Certè unius vel alterius determinati actus *probatio minime eſt neceſſaria* ad habitum virtutis probandum. Quod autem *nullum in Summario, nullum in Elencho factum, argumentumque occurrat, quo Dona Spiritus Sancti in Servo Dei adſtruantur & illuſtrentur*, veritati quammaxime repugnat. Nam in Elencho ſparſim multa ſunt dicta, ex quibus ea Dona aſtruuntur; & in fine ejusdem Elenchi *pagina* 186. expreſſè notatur: *De donis autem ſupernaturalibus, & Chariſmatibus Divinis, quibus Deus ſuum Servum illuſtrare dignatus eſt, nihil eſt cauſæ, quamobrem ſermo inſtituatur, quum adeo ſint multa, ac tam evidenter in Proceſſibus & in Summario demonſtrata, nullus ut ſuperſit locus dubitandi.*

In

(a) *De Beatific. &c. lib. III. cap. XXI. n. XI.*
(b) *Pagina* 169. *& ſeqq.*
(c) *A pagina* 171. *ad* 174.
(d) *A pagina* 85. *in fin. ad* 116.

In Summario ſunt *numeri 16., & 17. (a)*, de donis ſupernaturalibus, & nominatim de Dono *Prophetiæ*, *& ſcrutationis cordium*: quæ ſane Dona intelligi nequeunt ſine aliquo ex Donis Spiritus Sancti. Cæterum quum ea, quæ *ſeptem Spiritus Sancti Dona* numerantur, ſint habitus ad prompte eidem Spiritui obediendum, illud in controverſia eſt poſitum, an virtus heroica chriſtiana annexum habere debeat aliquod ex Donis Spiritus Sancti: Maderna (*b*) citatus a Benedicto Pontifice XIV. (*c*) negat, neceſſarium eſſe, ut virtus heroica annexum habeat aliquod Donum Spiritus Sancti, per quod ea præditus ex Dei inſtinctu operetur expeditè, & cum delectatione, contenditque ipſam virtutem heroicam per ſe efficere, ut qui illa præditus eſt, agat expeditè, & delectabiliter ſupra communem modum operandi. Alii cum S. Thoma (*d*) tenent, Dona Spiritus Sancti *invicem* connecti cum Charitate, adeoque eum, qui habet Charitatem, ea Dona habere; contra, neminem eà habere ſi Charitate ſit privatus. In hac ſententia ſatis eſt, probare Charitatem in Ven. Dominico, ut ea Dona adſtruantur. Profecto *Donum Intellectus* correſpondet Fidei heroicæ, ad cujus actus concurrit, quin neceſſe ſit comminiſci *novos aliquos actus*, qui ex Dono Intellectus proveniant. Spei Theologicæ reſpondet *Donum Timoris* filialis, & caſti; Charitati *Donum Sapientiæ*, & *Pietatis*; Prudentiæ *Donum Conſilii*; Fortitudini *Donum Fortitudinis*. Quo autem devotionis affectu ad Sacramentum pœnitentiæ Servus Dei acceſſerit, ſolum ſciri poſſet, ſi is, qui confeſſiones ejus excepit, fuiſſet auditus: ſed quum cæteri actus pateant, præſertim ejus humilitas plene ſit demonſtrata, non eſt magnopere deſiderandum, ut ejus devotio, & frequentia in Sacramento Pœnitentiæ excipiendo ſeorſum comprobetur. Neque ſilentium teſtium hac in parte admirationem parere debet, non ſolum quia Confeſſarii Servi Dei, qui id potiſſimum ſcire poterant, non ſunt ad examen vocati, ſed etiam quia alii non ſunt his de rebus interrogati, & P. Antonius a Pieſcopagano, quem unum Servi Dei Confeſſarium ſuperſtitem illi fuiſſe ſcimus, Poſtulatoris partes in primo Proceſſu informativo egit; quo ſuo facto, quid de Ven. Dominico ſentiret, clarius expoſuit, quam ſi egregium aliquod teſtimonium perhibuiſſet. Quamquam quod attinet ad frequentiam, quum teſtes conſentiant, Servum Dei Regulas ſui Ordinis exacte obſervaſſe, cæteriſque *ad obſervandam Regulæ puritatem* exemplo fuiſſe, ſaltem implicitè eam frequentiam Sacramenti Pœnitentiæ innuunt, quam Regula Ordinis præſcribit. An autem Servus Dei habuerit ſaltem in præparatione animi eas omnes virtutes morales, *in quibus aut ſtatus, aut aliarum circumſtantiarum cauſa non poterat actu ſe exercere*, non certe conſtare debet ex actibus earum virtutum, quos ſtatus, aut aliarum circumſtantiarum cauſa non poterat exercere. Ex quibus igitur actibus id poterit conſtare? Ex actibus ſcilicet illis, quos Servus Dei, attentis circumſtantiis, & ratione vitæ potuit exercere, ac revera exercuit; præſertim ſi actus ſint ejuſdem virtutis. Quum ergo conſtet, Ven. Dominicum in omni virtutum genere excelluiſſe, cur objicitur, *non conſtare, habuerit nec ne ſaltem in præparatione animi eas omnes virtutes morales, in quibus, aut ſtatus, aut aliarum circumſtantiarum cauſa non poterat actu ſe exercere?*

Simi-

(a) *A pag. 140. ad 152.*

(b) *Tom. II. curſus theologic. tract. VI. de virtutib. in communi, quæſtion. III. de virtute heroica artic. II.*

(c) *De Beatific. lib. III. Cap. 22. num. 12.*

(d) *I. 2. quæſtion. 68. articul. 5. in corpore.*

Reſponſio ad §. 19. *Animadverſionum.*

58 Simile eſt; quod denuo opponitur, non probari, obitum Servi Dei illuſtrem fuiſſe, & ſanctimonia plenum, Vide, quæ ſupra ex reſponſione prima exſcripſimus. Nunc quaſdam difficultates a novis Animadverſionibus excitatas propulſabimus. *Actus, qui adducuntur, ut obitus Servi Dei illuſtretur, non referuntur a religioſis viris examinatis in Proceſſu informativo anni 1694. sed tantum a teſtibus ſingularibus, & ſecularibus.* Quatuor religioſi viri examini ſubjecti ſunt in proceſſu informativo anni 1694., Teſtis VIII. *Beatus Bonaventura a Potentia*, Teſtis IX. *Thomas Salato*, Teſtis X. *Michael Ferrigno*, Teſtis XIV. *Antonius Cendo*; ex his Beatus Bonaventura a Potentia aberat, quum Ven. Dominicus ad ſuperos evolavit. Teſtatur enim (a): *io nel tempo della ſua morte ſtavo di ſtanza nel Convento della Città di Sorrento, ed inteſi, che era morto in Amalfi il Padre Fra Domenico.* Similiter Antonius Ceudo in proceſſu Apoſtolico (b) ait: *io non mi trovai preſente nella morte del detto Padre Fra Domenico, perchè ſtava di ſtanza in Nocera, e così non poſſo deponere la cauſa ſcientiæ ſopra queſto capo.* Reliqui ſunt Teſtis IX., & X. Porro Teſtis IX. Thomas Salato, qui eſt Teſtis etiam IX. Proceſſus ordinarii anni 1742., & III. Proceſſus Apoſtolici ita ait ex Proceſſu Apoſtolico in Elenchi titulo VII., actu IV. *pagina* 148., ubi probatur, Ven. Dominicum pretioſam juſtorum mortem obiiſſe: *Io sò, che detto Servo di Dio morì in queſto Convento di S. Franceſco di queſta Città di Amalfi, e TROVANDOMI IO INFERMO A LETTO non potei andare ad aſſiſtere alla di lui morte, SICCOME ERA IL MIO GRAN DESIDERIO; mi diſſe però la buona memoria del mio fratello Don Aleſſandro Salati Canonico della Cattedrale Chieſa di Amalfi, che il ſuo male fu di febbre, e prima di morire ricevè con grandiſſima divozione i Santiſſimi Sagramenti della Chieſa &c.* Quod autem Michael Ferrigno Teſtis X. Proceſſus primi Ordinarii anni 1694. illa omnia adjuncta, quæ obitum Servi Dei illuſtrarunt, quæque a reliquis Teſtibus in aliis Proceſſibus ſunt expoſita, diſtinctius non enarraverit, ratio petitur ex diverſo modo, quo tunc interrogatoria, articuli, & proceſſus fieri ſolebant. Ceterum Teſtis XV. Apoſtolicus (c) de auditu ab hoc ipſo *Michaele Ferrigno* ea refert, ex quibus mors Servi Dei illuſtris redditur. Accedunt alii Teſtes de auditu a religioſis Viris, qui interfuerunt, ut Teſtis VIII. Proceſſus Ordinarii anni 1742. infra citandus; item alii religioſi Viri, Teſtes Apoſtolici auriti primi gradus, *Joſeph Maria Contaldi* Definitor Generalis Ordinis Minorum Conventualium, Teſtis XIX.; *Franciſcus Maria Panſa* Guardianus, qui inter religioſos Viros antiquos nominatim laudat in cauſa ſcientiæ Michaelem Ferrigno, & Thomam Salati; Teſtis XXI.; & *Fortunatus Paolillo*, Laicus, Teſtis XXIV.

59 Verum enim vero, quum plures Teſtes ſint oculati, qui præclara multa referunt de obitu Ven. Dominici ex actibus præcedentibus, comitantibus, & conſequentibus, quid juvat argumentis negantibus, & inanibus ſuſpicionibus veritatem perſpicuam in dubium revocare? Quid enim refert, quod Teſtes ſint *ſeculares?* Immo vel hac de cauſa eorum teſtimonium certius eſt: nam de viris religioſis ſuſpicio poſſet moveri, quod affectu erga ſuum conſodalem impulſi, rem exaggeraſſent. At Teſtes hi ſunt *ſingulares*. Itanevero? Audiamus aliquos Teſtes. Teſtis II. Apoſtolicus

(a) *Par. 1. demonſtrationis virtutum, tit. V. pag. 26. ad decimum.*

(b) *Folio 1527.*

(c) *Summ. num. 20. pag. 168. §. 31.*

in Elencho actu IV. tituli V. pagina 148. : *il detto Servo di Dio prima di morire ricevè gli ultimi Santiſſimi Sagramenti del Viatico, e della eſtrema unzione, avendo anche io accompagnato il Santiſſimo Viatico. Tollerò con molta pazienza la sua infermità, ed in fine placidamente se ne morì nell'ultimo giorno di Decembre dell'anno 1683., eſſendo ſtato in tutti i giorni della sua infermità viſitato dalla gente più ragguardevole di queſta Città, così eccleſiaſtica, come secolare, per il buon concetto, che avevano della sua persona. Sparsaſi la nuova della morte di detto Servo di Dio, fu grande la moltitudine della gente di ogni ceto. e condizione, che andò a viſitare il suo cadavere in Chiesa in tutti quei trè giorni, che ivi ſtiede espoſto, accoſtandoſi ognuno alla bara per baciargli con gran divozione i piedi, ſiccome feci anch'io, e se non ſi ponevano le guardie intorno per guardarlo, non vi averebbe lasciato nè capelli, nè abito. In tutti quei tre giorni il suo morto corpo ſi mantenne sempre molle e fleſſibile, e tramandava un' odore belliſſimo, e di paradiso, inteso da me, e da tutti quelli, che s'accoſtavano.* Teſtis VI. ibidem pagina 149. *Per il tempo, che ho conosciuto detto Servo di Dio, ho oſſervato, ed inteso da altri, che lo praticavano, che egli perseverò sempre nell'esercizio di tutte dette eroiche virtù, ſingolarmente in quell'ultimo punto, in cui mi trovai presente. Lo ſteſſo sentimento, che io, avevano gli altri, per quanto io so, nè mai ho inteso veruno di sentimento contrario.* Teſtis VIII. Processus Ordinarii anni 1742. pagina 150. : *Il detto Servo di Dio morì nel Convento di S. Francesco de' Minori Conventuali di queſta Città di Amalfi nell'ultimo di Decembre dell'anno 1683., e fu di febbre, e prima ricevè con molta edificazione, e divozione i Santi Sagramenti della Chiesa, SICCOME MI DISSERO LI RELIGIOSI, e specialmente nel ricevere il Santiſſimo Viatico, ricevendolo con tanta umiltà, e divozione, che fece pianger tutti : COSI' MI RACCONTARONO LI PADRI: nell'arrivare, che feci io poco dopo ſtiede sempre con rettiſſimi sentimenti, facendo allegramente atti di umiltà, di raſſegnazione, di amor di Dio, e di speranza d'andare in paradiso. Vi trovai nell'ultimo giorno Monſignor Caravita Arcivescovo di Amalfi, che l'aſſiſtè ſino alla sera col fu Signor Don Marco Antonio di Guido Arciprete Curato &c. La sera se ne andò l'Arcivescovo, e reſtò Don Marco Antonio, e reſtai anch'io, e dopo verso la mezza notte delli trenta di Decembre in trentuno placidamente con volto allegro, aprendo gli occhj verso il Cielo, li chiuse, e ridendo spirò.* Teſtis XII. ejusdem Processus, eadem pagina 150. *Mi ritrovai presente, quando ſi comunicò per Viatico; e qui non poſſo contenermi dalle lagrime, ricordandomi di quanti atti belliſſimi, che fece, coi quali fè piangere tutti dirottiſſimamente, ed inſieme invidiare santamente quella bell'anima così diſpoſta: per molto tempo ſtiede colle braccia aperte verso del Sagramentato Signore, ora ſi umiliava, con accusarſi peccatore, Religioso scelerato, verme di terra, un niente, ora confidava nella sua infinita misericordia; ora con grande amore lo chiamava sposo suo, ed ora pregandolo per amor dell'Eterno Padre, ed ora per amore della Immacolata sua Madre Maria. Vi erano presenti molti Canonici, e molti nobili, ed altri, e tutti ſi partirono consolatiſſimi. e ſtiede sempre il Servo di Dio con retti senſi, lietiſſimo, e raſſegnatiſſimo. Ora mi sovviene, che nel ricevere il Santiſſimo Viatico, dopo gli atti da me già detti di sopra, pronunciò queſte parole &c. Si conservò poi il Servo di Dio ſino all'ultimo in retti senſi, e sempre giolivo, sperando nel suo Signore il Paradiso, e così tutto allegro, e con faccia, e bocca a riso spirò, eſſendomici trovato presente colla buon'anima di mio Padre.*

Teſtis XIV. ibidem pagina 151.: *Andai a viſitarlo prima mentre ſtava infermo, e lo trovai tutto allegro, e raſſegnato in Dio &c. Fu eſpoſto il ſuo corpo per più giorni in detta Chieſa, e vi fu un concorſo grandiſſimo, non ſolo di Eccleſiaſtici, Canonici, Signori, Nobili, e di ogni ſorte di perſone d'Amalfi, ma anco delle Città, e Terre di tutta queſta coſtiera, e molti con Coltelli, e Forbici gli tagliavano l'Abito.* Teſtis XVII. ejuſdem Proceſſus in eodem loco: *Fu eſpoſto il ſuo cadavere nella ſuddetta Chieſa di S. Franceſco per tre giorni continui, e vi fu ſempre concorſo grande di Monſignor Arciveſcovo, che col Capitolo vi celebrò l'eſequie, del Sig. Governatore, e Nobili di queſta Città, e tanta fu la folla, che per detti trè giorni vi mirai anche di gente foraſtiera, che non capendo nella Chieſa, ne viddi molti ſopra l'Organo, ed alle Feneſtre della Chieſa, e vi oſſervai un pianto univerſale, che piangevano la perdita di un tanto Padre, e ſanto Religioſo. In fine del terzo giorno fu ſeppellito dentro una Caſſa di marmo &c. trovandomi anch'io preſente.*

60 Adde his complures alios Teſtes ex *Summario num.20.*, ubi *Teſtis I.* Apoſtolicus confirmat concurſum turbæ innumeræ ad oſculandos pedes Servi Dei, teſtatur cadaveris flexibilitatem; *Teſtis II.* concurſum Archiepiſcopi, Gubernatoris, & Nobilium ad Ven. Dominicum in extremo morbo viſitandum, & innumeræ multitudinis etiam ex aliis vicinis oppidis ad venerandum defuncti corpus; item cuſtodes fuiſſe appoſitos, ne veſtem omnem Servi Dei populus ſibi diſcerperet; necnon corpus fuiſſe flexibile, & molle, ex quo ſuaviſſimus odor effluebat; *Teſtis VII.* pariter refert odorem hunc ſupernaturalem, corpus permanſiſſe molle, & flexibile, incredibilem fuiſſe frequentiam Civium Amalphitanorum, aliorumque ad defuncti corpus; Teſtis IX. narrat, ſe interfuiſſe, quum Servus Dei Viatico refectus, atque extrema Unctione munitus eſt: *anzi viſitandolo io ſpeſſo nella ſua Cella, vedevo che ſtava gioiale, ed allegro, e che durante la ſua malattia venivano a viſitarlo i nobili, i Canonici, l'Arciveſcovo Caravita, ed altre perſone.* Tum fuſe odorem illum corporis mirabilem deſcribit, & populi frequentiam ad cadaver: *tennero li Padri del Convento di S. Franceſco eſpoſto per tre giorni il cadavere &c.* Teſtis X. confirmat, corpus fuiſſe molle, flexibile, ſpirans gratum odorem, populum undique magna frequentia ad corpus defuncti confluxiſſe. Idem comprobat *Teſtis XI.*; quibus omnibus addit *Teſtis XV.* ferventes humilitatis, amoris, & fiduciæ actus in extremo morbo *de viſu*, ac ſibi obitum ſuum Ven. Dominicum prædixiſſe: Eandem prædictionem ſibi factam narrat *Teſtis XVII.*, qui etiam heroicos virtutum actus Teſtis *oculatus* poſtremi temporis teſtatur, præter flexibilitatem, & prodigioſum odorem corporis refert, ſæpius vivum cruorem ab inciſo lanceola Servi Dei corpore manaſſe; *Teſtis XVIII.* mirabilem concurſum populi commemorat. Ex Proceſſu informativo anni 1694. (*a*) *Teſtis V.* famam ſanctitatis apud omnes hominum ordines vigentem, & frequentiam Amalphitanorum, aliorumque ad funus enarrat; vivum ſanguinem a corpore defuncti effluxiſſe, cadaver non amiſiſſe calorem vitalem, Servum Dei obitum ſuum, & tempus, quo accidere debebat, prænunciaſſe. *Teſtis XV.* confirmat omnium civium lacrymas, & concurſum ad funus. *Teſtis XVI.* prædictionem a Servo Dei de ſuo obitu factam teſtatur; quod *Teſtis XXI.* confirmat, & conſonat *Teſtis XXV.* Ex Proceſſu altero informativo anni 1742. (*b*) *Teſtis VII.* turbam immenſam ad cadaver confluxiſſe, & mi-

G racu-

(*a*) *Summ. pag.171., & ſeqq.*

(*b*) *Ibidem pag.178. in fin., & ſeqq.*

raculum ope Servi Dei a se impetratum narrat. *Teſtis XVI.* prædictionem de obitu, mirabilem populi ad funus frequentiam, cadaveris flexibilitatem, reliquias avulsas commemorat.

61 Perpendant nunc *Ampliſſimi Patres*, an obitus Servi Dei non illuſtrior fuerit obitu *cujuslibet pii, beneque morati Religioſi*, & an affirmari poſſit, *nullum ex Servi Dei conſodalibus toto ægritudinis decurſu ad ejus lectum adfuiſſe, nihil in Ven. Dominici rebus geſtis, & obitu præclarum, inſigneque occurriſſe, quod contubernalium suorum animos perſtringeret, atque in admirationem raperet*. Nihil vero clarius oſtendit, Animadverſiones hactenus expensas nulla efficaci ratione inniti, quam id, quod acutiſſimus Animadversor infert, cauſſam fuiſſe eatenus dilatam, *donec quæ ex parte Contubernalium Servi Dei circumſiſtebant impedimenta, temporis beneficio summoverentur. Quum autem poſtea Poſtulatores vidiſſent, ea temporis beneficio sublata eſſe impedimenta, quibus ante detinebantur, tunc Teſtibus probe inſtructis de iis, quæ deponere debebant, in mentem veniſſe rei periculum facere*. Quæ suspiciones a nobis jam sunt depulsæ, & per se ruunt facile, & a quovis, qui eas audiat, inaniſſimæ judicebuntur. Teſtes omnes conſentiunt, famam ſanctitatis Servi Dei apud omnes suos Contubernales semper viguiſſe, neminem auditum, qui contra quidquam diceret. Primus Proceſſus Ordinarius non multo poſt obitum Servi Dei (undecim circiter annis) confectus eſt, quo tempore ſi nulla circumſiſtebant impedimenta, unde nata ea poſtea fuiſſe credemus? In hoc Proceſſu vocati sunt ad examen omnes Religioſi, qui Amalphi commorabantur, & Servum Dei agnoverant, uno excepto P. Antonio a Piescopagano, qui Poſtulatorem agebat: de quo, ut alia omittam, ita Teſtis XVII. Proceſſus Apoſtolici (a): *In queſto tempo era già succeduto Confeſſore in detto Ven. Monaſtero delle Monache Benedittine il suddetto P. Antonio da Piescopagano, mentre ſtava eſpoſto il Cadavere del defonto Servo di Dio, e fu nel terzo giorno, io mi trovai presente nella suddetta Chiesa delle Monache Benedittine, ed il suddetto P. Antonio raccontava alle medeſime, che il Cadavere del detto Servo di Dio ſi era sagnato, e nè era uscito sangue, e che alcuni se ne avevano bagnati i fazzoletti; soggiunsero le Monache: vorremmo noi ancora un pò di queſta santa divozione; il Padre diſſe: ora vedo, se poſſo servirle. Andò, e dopo un pezzetto di tempo ritornò, e diſſe alle Monache queſte seguenti parole: sono andato, ed ho detto al Servo di Dio = le voſtre figlie vogliono un pò del voſtro sangue, e fattolo sagnare, obbediente ve l'ha dato, come vedete nè fazzoletti, che voi mi avete dati, e ce li consegnò di nuovo bagnati di sangue, come io viddi cogli occhj miei, e sentii colle proprie orecchie*.

Reſponſio ad §. 20. *Animadverſionum*.

62 His ita conſtitutis de probationum viribus, & fulgore virtutum, pauca nunc supersunt *obſtativa*, eaque levi negotio diluenda. Ea vero difficultas primo loco obiicitur, quæ petitur ex reſponſione Servi Dei ad Beatum Bonaventuram a Potentia: *se toccaſſe a me canonizare, oh quanto sarei rigoroso nell' esame. Se foſſe per queſto la Chiesa di Dio mi potria fare da mò una ſtatua d'oro, o d'argento; mentre li giorni addietro una donna, che pativa fluſſi di sangue, toccandomi l'abito guarì*. Ex quo colligunt Animadverſiones, Servum Dei putaſſe, eam a Sede Apoſtolica in Canonizationis negotio non adhiberi diligentiam, & curam, quam ipse adhibiturus fuiſſet, ſi id negotium ad se pertineret: item eam reſponſionem contrariam eſſe humilitati, quæ absque neceſſitate vetat superna charismata pate-

(a) *Summ. num. 20. pag. 270. §. 41.*

patefacere. His objectionibus abunde occurrimus in *prima noſtra reſponſione* (a). Profecto Beatus Bonaventura à Potentia, qui rem enarrat, & omnia adjuncta præclare noverat, non solum nihil animadvertit in eo colloquio, quod aut reverentiæ erga Sedem Apoſtolicam, aut humilitati repugnaret, sed etiam rationem Ven. Dominici approbavit, & solatium spirituale in se sentiens, in opinione, quam de sanctitate illius fovebat, confirmatus eſt: *ed io gli diſſi: Padre hai ragione, ma internamente mi sentii consolato, vedendo, che il detto Padre Domenico* ERA ARRIVATO A QUESTO STATO. Quæ validior defenſio potuit excogitari? Quin totam narrationem excribimus? *Io avendo inteso*, teſtatur Beatus Bonaventura, *da diverse persone le grazie, che Noſtro Signore Iddio operava per mezzo di detto P. Fra Domenico allora vivente, mi passò per la mente un deſiderio di vedere anch' io qualche segno, e trovai occaſione di parlare a detto Padre Fra Domenico, e ritrovatolo nella sua cella pigliai queſto motivo con dirgli: Beati coloro, che arrivano in vita a far miracoli; e vedendo, che detto Padre Fra Domenico non ci dava orecchio, tornai a replicarlo; e detto Padre Fra Domenico mi soggiunse: eh queſti miracoli, queſti miracoli: quaſi che voleſſe dire, che non conſiſteva nelli miracoli la santità; ed avendogli io soggiunto: come Padre, la Santa Chiesa illuminata dallo Spirito Santo da queſti miracoli ſi regola nella Canonizazione de' Santi, mi rispose: se toccaſſe a me a Canonizare, oh quanto sarei rigoroso nell' esame; ed avendogli io detto: perchè Padre, lui scappò, e mi diſſe: se fuſſe per queſto, la Chiesa di Dio mi potria far da mò una ſtatua d' oro, o di argento, mentre li giorni addietro una donna, che pativa fluſſi di sangue, toccandomi l' abito guarì; ma che per queſto, forse queſto era opera mia? Non certo, ma è ſtata la fede di quella; ed io gli diſſi: Padre hai ragione, ma internamente mi sentii consolato, vedendo, che il detto Padre Fra Domenico era arrivato a queſto ſtato, e nel medeſimo tempo mi soggiunse anche detto Padre Fra Domenico, che una donna, che aveva le mammelle piagate, e quaſi incancrènite, col segno della croce ebbe la grazia; e che un' altra persona tormentata da grandiſſimi dolori di mola col tocco del dito di eſſo Padre Fra Domenico a ciò importunato da quella guarì; soggiungendomi eſſo Padre Fra Domenico: che forse sono opere mie queſte? Non certo, ma della fede di queſte persone.*

63 Niſi nodum in scirpo quæras, fateri debes, nihil ex toto hoc colloquio adversus heroicam virtutem Servi Dei colligi, sed potius inde confirmari famam miraculorum, & humilitatem ejusdem Ven. Dominici, qui ea opera, & sanationes non ſibi, sed fidei Sanatorum adscribebat, teſte, vel dicam, judice *Beato Bonaventura a Potentia*. Quid enim refert, quod dixerit, se rigido examine Cauſſas Beatificationum expensurum, ſi id negotium ad se pertineret? Primum id intelligi poteſt de *facto ipso*, non *de regulis*, quibus *factum* examinatur. Deinde poterant regulæ, seu potius *praxis, usus, consuetudines*, quæ tunc vigebant, utiles & sanctæ eſſe, & nihilominus *novis rigidioribus regulis* communiri: quod revera factum videmus quum ab aliis Summis Pontificibus, tum a Sacratiſſimo Principe *Pio VI.* Ipsemet etiam R. P. Fidei Promotor pro suo munere paulo ante declamabat, modum tandem aliquem imponendum Defenſoribus harum Cauſſarum in Elenchis pure hiſtoricis, ut ajebat, ordinandis. Humilitatem vero Servi Dei in eo colloquio emicuiſſe ex circumſtantiis, & fine facile persuadetur. Beatus Bonaventura magnam opinionem de miraculis

(a) *Pag. 62. §. 64. & ſeq.*

expreſſerat: *Beati coloro, che arrivano in vita a far miracoli*. Eum ad miracula, quæ de Ven. Dominico vulgo narrabantur, reſpicere, in promptu erat coniicere: tum *quia* tacente ad hæc verba Servo Dei, *iterum* eadem inculcavit: *vedendo, che detto Padre Fra Domenico non ci dava orecchio, tornai a replicarlo*; tum *quia* publica erat hæc vox de miraculis a Viro Dei patratis: ait enim Beatus Bonaventura: *io avendo inteso da diverse perſone le grazie, che noſtro Signore Iddio operava per mezzo di detto Padre Fra Domenico allora vivente &c.* Igitur oportuit, Ven. Dominicum verba aliqua facere de ſuis miraculis, ut quantum poſſet, alumnum ſuum ab opinione, de ſanctitate ipſius Ven. Dominici concepta, removeret. Nam quum primum reſpondiſſet: *eh queſti miracoli, queſti miracoli, quaſi che voleſſe dire, che non conſiſteva nelli miracoli la santità*, Beatus Bonaventura rurſus miracula magni eſſe facienda contendit: *come Padre, la Santa Chieſa illuminata dallo Spirito Santo da queſti miracoli ſi regola nella Canonizazione de' Santi*; a qua difficultate ſe expedivit Famulus Dei dicens, non eſſe miracula argumentum certum ſanctitatis, quandoquidem quædam ipſe fecerat, non ſuæ ſanctitati, ſed Sanatorum fidei attribuenda: *ed avendogli io detto, perchè Padre? Lui ſcappò, e mi diſſe &c.* Itaque ex omnibus adjunctis, ex fine, & modo patet, narrationem miraculorum a Ven. Dominico inſtitutam tunc *neceſſariam* fuiſſe, ut ejus humilitas ſarcta tecta conſervaretur: de qua Servi Dei humilitate titulum integrum nos dedimus in Elencho (*a*), & grave teſtimonium perhibuit idem *Beatus Bonaventura a Potentia* in ejus teſtificatione inquiens (*b*) *Per quanto io potevo ſcorgere dalle ſue parole, ſtimo che foſſe ſtato aſſai umile di cuore, mentre come ho detto di ſopra, diffidava aſſai di ſe, che per altro il detto Padre Fra Domenico ERA UOMO PROFONDO, E CERCAVA NASCONDERE LE SUE VIRTU'*. Confer Nicolaum Lanciſium aſſerentem (*c*): *Ego ſane exiſtimo, Dei peculiari conſilio, & inſtinctu, in humilitate, & contemptu ſui amore fundatos, & cognitione vilitatis ſuæ clare imbutos, ac proinde a vanæ gloriæ, & jactantiæ ſpiritu alieniſſimos interno divino impulſu excitati ad manifeſtanda arcana, & ſingularia Dei Dona ſibi conceſſa; videt enim amatrix animarum divina ſapientia multum inde, & divinæ gloriæ, & auxilii animarum accedere; ideo facit, ut ſæpe NIL MINUS, QUAM TALIA: COGITANTIBUS Dei Servis, dicantur ab eis ea, quæ ipſi ſtudio deprimendi ſe recte occultabant, & nulli nota eſſe cupiebant*. Adde regulas, quas Sapientiſſimus Pontifex Benedictus XIV. præſcribit ad diſcernendum, an aliqua hujuſmodi narratio a vana gloria ſit immunis: *Quia vero*, ait Pontifex (*d*), *intentio hominis non patet hominibus, ſed ſoli Deo, animadvertenda ſunt nonnulla, quorum ope, quantum homini fas eſt, loquentis, aut ſcribentis intentio patere poſſit. Si itaque neceſſitas egregia ſua facinora, & gratias ſibi a Deo collatas narrandi aut ſcribendi non deſit, credi poterit, rectam fuiſſe intentionem ſcribentis aut narrantis.* Et numero 7. *Verba quoque eorum, qui de ſe loquuntur, diligenter ſunt examinanda, an ſobrietatem, & modeſtiam redoleant, an ex eorum contextu coniici poſſit, loquentem quaſi invitum de ſe, & rebus ſuis loqui, & demum an omnia referat ad ultimum finem, hoc eſt, ad Dei Gloriam.* Præterea numero 8. *opus erit ſedulo inquirere, an Dei Servus, qui ſua mira-*

(*a*) *Titulo X. a pag. 175. ad 186.*

(*b*) *Part. 1. demonſt. virtutum titulo V. ſuper quinto articulo pag. 27.*

(*c*) *Tom. I. opaſ. VIII. cap. X. pag. 269.*

(*d*) *Mag. oper. lib. III. cap. XL. num. 5.*

mirabilia enarravit, alia non exigua veræ humilitatis ſigna prætulerit, & in aliis virtutibus excelluerit. ſi enim ex aliis documentis de ejus humilitate ceteriſque virtutibus conſtet, facile, ut infra dicetur, aliis ſupra expoſitis non deficientibus circumſtantiis, quæ ipſe de ſe dixit, exiſtimari poterunt immunia a labe ſuperbiæ, & vanæ gloriæ. Quæ omnia multo magis locum habent, quum ea, quæ narrantur, pervulgata ſunt, & ea ſolum de cauſa a Servo Dei commemorantur, ne laus inde in ſe aliqua redundet.

64 Altera deſumitur difficultas ex ſomniis fœminarum, quæ Ven. Dominicus approbaſſe, & explicito aſſenſu confirmaſſe dicitur: cui pariter *in prima reſponſione* (a) fecimus ſatis. Neque enim noſtra eſt illa nuda reſponſio, quæ nobis ab Animadverſione affingitur: *Si mulierum ſomniantium narrationes non reſpuit, non ideo culpandus eſt Dei Famulus, quum novum non ſit, Deum vel ejus Angelos in ſomniis apparere, & loqui.* Quænam igitur noſtra fuit reſponſio? Præmiſimus primum, Deum ſolere interdum homines de rebus, quæ ipſis utiles aut neceſſariæ ſunt, in ſomniis admonere; quod omiſſis hiſtoriis recentibus, confirmavimus pluribus exemplis ex veteri, novoque teſtamento petitis, Jacobi Patriarchæ, Salomonis, Jobi, qui ait (b): *ſemel loquitur Deus . . . . per ſomnium in viſione nocturna, quando irruit ſopor homines, & dormiunt in lectulo, tunc aperit aures virorum, & erudiens eos inſtruit diſciplina.* Alia ſunt in novo teſtamento. Adjunximus verba Cardinalis Bonæ (c): *Nemini ergo dubitare fas eſt, quin a Deo immittantur ſomnia, aliquando quidem aperta, & per ſe clara, aliquando obſcura, & ænigmatibus obvoluta, ſed ſemper vera, quibus humana mens vel ad ſupernaturalem intelligentiam elevatur, vel de agendis inſtruitur, vel de his, quæ ventura ſunt, admonetur.* Præterea notavimus, attentis rebus per ea ſomnia indicatis, eorum fine, & effectu, plane persuaderi, a bono ſpiritu ea proceſſiſſe, quum per ea tentationes, & dubia fuerint expulſa, monita ſalutaria exhibita, & uberrimi fructus ſpirituales in Monialium animas permanaverint. Denique monuimus, vix in uno ex his ſomniis *aſſenſum explicitum* Servi Dei interveniſſe: quod eſt hoc ipſum ſomnium, de quo iterum quæſtionem movent novæ Animadverſiones. In eo eſſe omnia indicia, ex quibus ſomnia divina dignoſcuntur, probavimus. *Divinorum* (ſomniorum) *indicia*, ait Cardinalis Bona (d), *ſunt res ipſæ, ſi ejus generis ſint, ut nonniſi a Deo revelari queant, qualia ſunt arcana cordium, intimæ cogitationes, abdita fidei myſteria, futura contingentia, quæ pendent a libero hominum arbitrio, & quæcumque hominum cogitationem excedunt.* Audi nunc Angelam Columbam Salato Monialem, ſomnium exponentem ſuum: *una notte fra le altre, mentre dormiva, mi parve di appoggiare &c. e la mattina ſeguente, ſenza che io aveſſi confidato detto ſogno a perſona veruna, il Padre Fra Domenico da per ſe mi diſſe: ah che bel ſogno! Che dolce dormire, non è vero, non ti volevi ſvegliare! Ed io gli replicai: Padre, dunque è ſtato vero il mio ſogno, e ce lo raccontai, e lui mi confermò tutto.* Igitur Ven. Dominicus veritatem ſomnii ſibi divinitus revalatam cognovit. Quid ergo mirum, ſi illud ſomnium accidiſſe confirmavit? *e lui mi confermò tutto.* Non enim dubitandum eſt, quin ex ſpeciali providentia hujuſmodi ſomnium fuerit immiſſum. Ac notandi maxime

Reſponſio ad §. 21. *Animadverſionum.*

[a] *Pag. 68. §. 69. & ſeq.*
(b) *Cap. XXXIII. verſ. 14. & ſeq.*
(c) *De diſcretione ſpirituum cap. XVI. n. 2.*
(d) Loco nuper citato *num. 4.*

me ſunt effectus : *da quel ſogno in poi mi viddi ſempre avanzata nella grazia di Dio, nel profitto della orazione, e lumi interni*. Neque omittenda eſt probatæ virtutis, & ſanctitatis fama, qua eadem Monialis claruit.

65 Hinc patet imbecillitas Animadverſionis. Nam explicitæ approbationis ſomniorum unicum hoc exemplum producitur: & nihilominus quia obſervatio ſomniorum in ſcripturis prohibetur, ſcilicet obſervatio illa ſuperſtitioſa circa res occultas, aut futuras per ſomnia cognoſcendas, illico invehitur in Ven. Dominicum aſperrimis verbis: *Nemo non percipit, quale judicium ſit ferendum de homine, quem femellis ridicula, & indecora ſomnia narrantibus non pudet reſpondere: eh ehe bel ſonno &c. Nonne homo ſic loquens ſe feminis imbecilliorem præbet? Nonne ſuperſtitioſior bubulco, qui fœminarum ſuperſtitionem magis ac magis fovet & blanditur?* Bona verba, quæſo, parum appoſite hæc de Servo Dei dicuntur: ut enim concedam feminarum ſomnia *ut plurimum eſſe* deliria diurna, & libens amplectar, quod ait Eccleſiaſticus: *ſomnia extollunt imprudentes*, tamen dubitandum non eſt, ut ſupra ajebam cum Cardinali Bona, a Deo interdum immitti ſomnia, quod æque de feminis ac de viris intelligitur. Et ex citato Eccleſiaſtici loco conſtat hoc ipſum: *& niſi ab Altiſſimo fuerit emiſſa viſitatio, ne dederis in illis cor tuum*. At contendit ſolertiſſimus Cenſor, a nobis probandum, adfuiſſe viſitationem Altiſſimi, & Ven. Virum eam curam & diligentiam adhibuiſſe ad judicium hujuſmodi neceſſariam. Cæterum viſitationem ab Altiſſimo emiſſam in eo ſomnio, quod Servus Dei *divinitus agnovit*, contigiſſe, vel hoc ipſo clare patet, quod ei fuit *a Deo revelatum*, ut prætercam nunc alia adjuncta finis, & effectus. Alterum ſomnium, quod indicatur, non fuit ita explicite a Ven. Viro approbatum, ſive ſomnium id velis eſſe, ſive apparitionem: ita enim refertur a Teſte I. Proceſſus ordinarii anni 1694. (a): *Ritrovandomi un giorno inquieta di mente, e travagliata da varie tentazioni ſino ad un' ora e mezza di notte, e poſta in letto in quell' ora medeſima, e ſtando più vigilante, che dormendo con li medeſimi travagli, mi viddi avanti il detto Padre Fra Domenico, e lo viddi propriamente cogli occhi miei, il quale mi ammoniva ed eſortava, ed inſieme mi riprendeva, e dette riprenſioni mi erano come tante pietre in teſta, dopo le quali riprenſioni reſtai quieta, e libera da dette tentazioni, e non lo viddi più &c. Io poi la mattina mi comunicai quietamente; alcuni giorni dopo avendo veduto eſſo Padre Fra Domenico, e dettogli: Padre, mi ſiete venuto a trovare la tal notte, riprendendomi della mia inquiete; lui mi riſpoſe: m'hai viſto, e ſoggiunſe: quante volte ti ho detto, che ti acquieti*. Quæ poſtrema verba non ad ſomnium, ſed ad monita, quæ vigilanti Ven. Dominicus conferebat, omnino ſunt referenda. Venerabilis quidem Dei Famulus, ſive ſuperno lumine illuſtratus intellexit, veram fuiſſe apparitionem, ſive cauſam non reperiens, cur eam rejiceret, non eſt auſus eam reprobare, præſertim quum videret, Monialem ex tali ſomnio quietam, ac liberam a dubitationibus & ſcrupulis permanſiſſe; neque certe reprobare debuit, quamvis putaſſet, ſomnium fuiſſe naturale. Nihil enim mali præſeferebat; & poteſt Deus per ſomnia etiam naturalia de rebus agendis homines inſtruere, ut explicat Valleſius laudatus a Benedicto XIV. (b): *admonemur ſæpe per inſomnia, quid ſimus facturi. Nam ſæpe de rebus agendis cœpta interdiu cogitatio per ſomnum continuatur, inveniunturque tunc temporis accommoda-*

(a) *Summar. num. 18. pag. 153. §. 1.*

(b) *Lib. III. de Beatific. Cap. LI. num. 2.*

modatiſſima ad finem media &c. Res longe diverſa eſt ex inſomniis futuros eventus velle proſpicere, quæ eſt obſervatio ridicula, & in ſacris literis vetita. De aſſerta *indecentia* ſomniorum, quæ a Monialibus ſunt relata, nihil attinet denuo diſputare: quum enim *in prima reſponſione* (*a*) dilucide hoc caput explicuerimus, & nihil nunc contra opponatur, ſuperfluum eſſet eandem doctrinam repetere. Ex ſanationibus autem divinitus conſecutis manifeſtum redditur, quædam alia ſomnia a Deo fuiſſe immiſſa. Sic Teſtis XI. Proceſſus informativi anni 1694. (*b*): *Io in cauſa mia propria depongo, come ritrovandomi inferma con una reſipola in una gamba con molte piaghe e febbre, che già mi avevano ridotta all' eſtremo, diſperata dal Medico, e dal Chirurgo, e perciò richieſto da me il santiſſimo Viatico, in tempo che il detto Padre Frà Domenico ſi ritrovava nell' iſola di Capri, e ricevuto il santiſſimo Viatico, la notte ſeguente, se non m'inganno, ritrovandomi già abbandonata di forze, e con detta gamba faſciata, che affatto non la potevo muovere dal ſito, dove la metteva il Chirurgo, e ritrovandomi con grandiſſimo deſiderio di vedere il detto Padre Fra Domenico, mio Padre ſpirituale, mi addormentai, e poi ſtando tra veglia e ſonno, mi parve di vedere il d. Padre Fra Domenico con cotta e ſtola, e mi diſſe: ſtà allegramente, che non è niente; ed io l' afferrai la manica della cotta dicendo: Padre mio, Padre mio; e lui mi ſoggiunſe: vedi queſta femina, che ſta a piedi del letto, queſta ti ha fatto la grazia; al che io voltatami, viddi in quel luogo una femina belliſſima, ed intanto eſſendomi riſvegliata perfettamente, non viddi più nè l' uno, nè l'altra; ma per certificarmi, ſe veramente avevo ottenuto, la grazia, mi provai a muovere la gamba, e la ſbattei facilmente ſopra il letto come un legno più volte, sentendomi allegerita notabilmente dal dolore, ed io ſubito chiamai mia Madre, dicendole: il Padre Fra Domenico mi ha fatto la grazia. La mattina ſeguente eſſendo venuto a viſitarmi il Medico, che oggi è morto, ed il Chirurgo Franceſco Caſanova, oggi vivente, d'Atrani, trovandomi così migliorata, se ne fecero meraviglia, mentre il Medico aveva detto prima, che ſe io guarivo, voleva buttare li libri ſuoi, perchè mi teneva per diſperata.* Confirmat Teſtis XII. (*c*) mirabilem hanc ſanationem. Teſtis vero XVII. Monialis Roſa Camilla Caſabona refert (*d*), ſe per ſignum Crucis, a Servo Dei in ſomniis apparenti factum, a doloribus ſtomachi fuiſſe liberatam, qui prædixit, dolores reverſuros, quoties in aliquem defectum incidiſſet, & agnovit etiam deſiderium ejuſdem Monialis, ut Servus Dei Cruce eam ſignaret: *io andai da lui, e gli diſſi: Padre, mi compariſti l'altra notte, e mi ſegnaſti nello ſtomaco; lui mi riſpoſe: tu non hai avuto queſto deſiderio, che io ti ſegnaſſi per reſtar libera da tal dolore? Ora figlia mia fa come ti diſſi: noli amplius peccare, che altrimenti errando ti tornerà detto dolore; ed in fatti ogni volta, che io commettevo qualche mancamento, mi ritornava il detto dolore, e domandandogli io con curioſità, ſe veramente mi foſſe comparſo, lui mi riſpoſe: figlia mia non cercar altro, fa come ti ho detto.* Quæ quidem ſomnia neque ridicula, neque indecora dici debent, & ſpeciali Dei providentia fuiſſe immiſſa, ex modo, ex effectu, ex rebus ipſis, ex revelatione Servi Dei inſigniter comprobatur.

66 Tertia objectio petitur ex quadam Servi Dei propoſitione, quam ſi ratione *eutrapeliæ* ab eo prolatam dixero, haud difficulter rem hanc ſapientiſſimis Patri- Reſponſio ad §. 22. *Animadverſionum*,

(*a*) *Pagina* 70. & 71.
[*b*] *Summario num.* 18. *pag.* 153. §. 3.
(*c*) Ibidem *pagina* 154. §. 4.
(*d*) Eodem *loco*, & *pagina* §. 7., & 8.

Patribus perſuadebo. Narrat Teſtis XXVII. Apoſtolicus, quod *una volta eſſendo ora di mangiare, e non trovandoſi il detto Padre Fra Domenico, furono mandate molte perſone in giro per detto luogo di Gaudano &c. per ritrovarlo, fra quali vi fui anch' io, ed in effetti mi riuſcì di trovarlo in una grotta &c., ed ivi mezzo ignudo viddi co' miei proprii occhi, che ſi diſciplinava a ſangue così gagliardamente; che eſſendo andato io poi dopo in detta grotta viddi alcune pietre, che erano asperſe di ſangue: io avendo ciò veduto per il timore mi ritiravo pian piano indietro, ma accortoſene il detto Padre Domenico, che era ſtato da me veduto, mi chiamò, e mi diſſe, che non aveſſi detto niente a neſſuno ſotto pena di ſcomunica.* Hæc poſtrema verba reprehenduntur, quaſi ea dixerit Servus Dei, *vel ut erga ſui perſonam excellentiorem teſtis conciperet opinionem & reverentiam, vel ob animi quamdam levitatem, vel quia falſam aliquam de jure ferendi cenſuras animo ſententiam fovebat, vel denique quia Teſti XXVII. ea cenſurarum comminatione occaſionem præbuit credendi, illo jure in eum poſſe animadvertere, quo nullatenus potiebatur.* Inanes ſunt hujuſmodi ſuſpiciones: ea loquendi formula a ſapientibus, piiſque hominibus, qui jure ferendi cenſuras non gaudent, adhiberi ſolet, quum innuere volunt, *plurimum intereſſe*, ut res aliqua ſilentio prematur. Scilicet ea loquendi ratione ſignificant, ſe velle, ut eâdem curâ ſilentium ſervetur, qua ſervaretur, ſi pœna excommunicationis eſſet impoſita. Ac revera Teſtis non eam animo imbuit opinionem, teneri ſe excommunicationis pœna, quandoquidem rem totam candide aperuit. Quis autem vel leviter ſuſpicetur, Servum Dei exiſtimaſſe, facultate ferendi cenſuras ſe præditum eſſe? Neque minus inepte quis opinaretur, hæc verba a Ven. Dominico eſſe prolata, ut erga ſui perſonam excellentiorem Teſtis conciperet opinionem, & reverentiam; ſiquidem patet, Servum Dei humilitatis amore ductum, Teſti ſilentium impoſuiſſe. Ex quo pariter liquet, non fuiſſe animi levitatem ea proferre verba: nam ſilentium indicere ſuadebat humilitas, quod ea loquendi formula injunctum fuit, quæ ſatis communis eſt, neque aliud indicat in familiari ſermone prolata, niſi rem hujuſmodi eſſe, quam in vulgus emittere non oporteat.

Reſponſio ad §. 23. *Animadverſionum.*

67 Mendacii nota, qua Servus Dei inuritur, levi negotio refellitur. Suaviſſimum & vere ſupernaturalem odorem Ven. Dominicus e corpore effundebat, quem quum multi ſentirent, atque eidem indicarent, ipſe hoc Dei donum occultare volens ſæpe flores, aut herbas odori feras ſecum ferebat, putans, odorem, qui ex his effluebat, ab aliis perceptum, poſſe videri non diverſum ab eo, quem in ſe ipſo notari audiebat. Quænam in hac narratione umbra mendacii? Atqui ſi verum amamus, nihil aliud ex Teſtium dictis extunditur. Ait Teſtis III. informativus anni 1694.; *il Servo di Dio dava un' odore ſoaviſſimo di paradiſo, non avendolo mai potuto paragonare ad odore alcuno di queſta terra; ed era tanto eceeſſivo queſto odore, che molte volte ho ſentito da dentro il noviziato, che era venuto il detto Servo di Dio, e che ſtava per venire, e dicendogli: O Padre. che odore è queſto, che mandate? Egli riſpondeva: ſciocca, io mi ho poſto un pò di nepeta allo ſtomaco; e queſto è l'odore, che voi ſentite; ma in fatti non era odore di nepeta, ne di altri fiori terreni, ne l'ho potuto mai raſſomigliare ad altri odori.* Teſtis XVII.: *il ſuo corpo emanava un odore ſoaviſſimo &c., ed alle volte gli diceva: oh! Padre mio, che odore è queſto, che date? E lui mi riſpondeva: Figlia, che odore poſſo dare io, che ſono un ſacco di vermi; e non ſai tu di che ſiamo impaſtati? E perchè alcune volte per coprire detto dono di Dio lui portava in mano qualche erba*

odo-

odorifera, come nepeta, ruta, menta, mi diceva: vedi, queſto è l'odore, che senti, sono queſte erbe; ma l'odore non era quello delle erbe. Redegeſis locum, ubi supra de hoc mirabili odore plura verba fecimus. Conſentit doctiſſimus Censor, chriſtianam humilitatem latebras quærere, non lucem, & bona, quæ agit, niti occultare, non efferre, ex S. Gregorio Magno (a): *Sanctorum Virorum eſt, bona, quæ fecerint, occultare, ne contingat, eos laqueum elationis incurrere, unde per semetipſum Veritas dicit: attendite, ne juſtitiam veſtram faciatis coram hominibus, ut videamini ab eis*. Sed reponit, specie humilitatis mentiri peccatum eſſe ex S. Auguſtino (b): *Nam quum humilitatis causa mentiris, ſi non eras peccator, antequam mentireris, mentiendo efficeris, quod evitaveras; veritas in te non eſt, niſi te ita dixeris peccatorem, ut etiam eſſe cognoſcas. Veritas autem ipsa eſt, ut quod eſt, dicas, nam quomodo eſt humilitas, ubi regnat falſitas?*

68 Videndum eſt igitur, an Ven. Dominicus falsum dixerit? Habebat is præ manibus herbas odoriferas, aut secum ferebat; adeoque non immerito affirmabat, odorem, quem hæ herbæ ſpirabant, a præſentibus percipi, quod nullam falſitatem præſefert, ſive Ven. Dei Servus persuasum haberet, alium in se esse divinum odorem, ſive secus... Non enim negabat, alium odorem ex suo corpore effluere, quamvis arbitraretur, odorem herbarum ita a teſtibus percipi, ut alium supernaturalem odorem non internoscerent. Etſi autem Teſtes Judicibus affirmaverint, non illum fuiſſe odorem, quem persentiebant, non ideo tamen Servum Dei mendacii arguunt: nam illi hoc asserere, & intelligi volebant, *præter odorem illum ex herbis aut floribus manantem* fuiſſe *alium longe diversum, ac prorsus supernaturalem, quem perpetuo in Servo Dei experiebantur*. Igitur Vir Dei cæleſte donum occultare satagebat, quamvis neque id quidem obtinere poſſet, sed nullo modo mendacium proferebat. Similis ratio occultandi charismata divina de aliis Sanctis hominibus legitur. Beatus Petrus Damiani de S. Barbatiano Præsbytero & Confeſſore hæc narrat (c): *Ad hoc quippe pertinet, quod his, quibus sanitatem reſtituere cupiebat, sæpe superponendum quid, velut emplaſtrum, sæpe comedendum aliquid, quaſi medicinale antidotum, conferebat; eo nimirum, ut opinor, ſtudio, ut dum herbarum virtus, vel medicinalium ſpecierum potentia creditur, nequaquam sanctitatis suæ viribus reſtituta sanitas adscribatur, & dum ab eo medicina suscipitur, magis medicus, quam sanctus eſſe videatur*. Hujusmodi occultatio veritatis licita eſt ac laudabilis: ut enim docet S. Thomas (d): *licet veritatem occultare prudenter sub aliqua diſſimulatione, ut Auguſtinus dicit in libro contra mendacium*.

69 Alterum factum, quod ex Teſte XIII. profertur, ſimile eſt; *Una mattina dopo detta la S. Meſſa &c., e data a me, ed a mia Zia, che eravamo presenti, la meditazione &c. frà l'orare sentimmo prorompere il detto Padre Frà Domenico in un grido: come un rumore, come a noi parve, di una sedia di paglia, alla quale ſtava appoggiato, e mirando sotto occhio viddi detto Padre Domenico, che ſi era levato dall' appoggio di detta sedia, e ſtava in ginocchioni senza appoggiarſi reci tando, a mio giudizio, il Pater noſter, e poi ſi alzò finita l' orazione, e ci diſſe: bella cosa! io predico tutto il giorno la pazienza, e poi non la sò esercitare; avete inteso, in che*

(a) *Lib. XVIII. Moral. Cap. XVIII.*
(b) *Sermon. CLXXXI., alias XXIX. de verbis Apoſtoli.*
(c) *Sermon. LXV. tom. 2. oper.*
(d) *Secund. ſecund. quaſt. CX. artic. 3. ad quartum.*

che impazienza ho dato? E noi ce ne rideſſimo, e replicandogli: oh Padre, che impazienza! il che noi diceſſimo, perchè già ſtimammo, che detto Padre cercava di coprire quell' impeto di ſpirito, lui ci replicò: ſono ſtati malinconici, che portano certi dolori, che io ne patiſco, e non ci ho avuto pazienza, e mentre che poi ci partiſſimo per andare a mangiare, detto Padre non vedeva l' ora &c., ed io conobbi, che ſtava come eſtatico. In hac tota narratiooe duo ſunt diſtinguenda, ecſtaſis, ſive ille animi fervor, quo Servus Dei extra ſe quodammodo raptus eſt, & ſtatus aliqui melancholici, quos & tunc paſſus fuerit, & alias etiam pati conſueverit. Non enim dubium eſt, quin in mentis exceſſibus aliquando contingant ſimiles motus, & pathemata corporis, qualia etiam ſine illis exceſſibus ſuccedunt. *Vi etenim mentis*, ait Benedictus XIV. (a), *in rerum divinarum contemplatione defixa, calore quoque vitali ad mentis functiones contracto, & vehementia amoris in partem ſenſitivam redundante, neceſſe eſt, obtundi vires corporis, & illud frigeſcere, palleſcere, & infirmari . . . Et S. Tereſia in caſtro animæ, manſione VI. deſcribens pathemata hominis in ecſtaſim rapti ait, calorem deficere, intercipi reſpirationem, nec minimum halitum, ſive motum percipi, accedere omnium membrorum rigorem & frigus, pallorem in vultu, & omnia mortui vel morientis ſymptomata*. Ad rem: Teſtis laudatus ex intenſione animi clamorem illum ortum non immerito putavit: ſed non negat ſtatus illos, quos Servus Dei ſe expertum dicit; & quia, etiamſi hi fuerint cauſa aliqua clamoris, originem tamen ex intenſa oratione & ecſtaſi ducebant, idcirco humilitati Ven. Dominici adſcripſit, quod animi fervorem, & cordis æſtuantis affectus occultare voluerit. Videri poteſt Cardinalis de Lauræa (b), ubi hanc aſſertionem probat; *Heroica humilitas propriam quoque exiſtimationem & honorem ex factis ordinis ſupernaturalis refugit*. Tum (c) ex Chronicis Eccleſiaſticis plura profert eorum exempla, *qui honorem & exiſtimationem ex ſanctitate aut miraculis inſurgentem ſollicite & diligenter repudiarunt*.

Reſponſio ad §.24. *Animadverſionum*.

79 Contra leges Juſtitiæ commutativæ Servum Dei peccaſſe, ex facto, quod Teſtis X. Apoſtolicus narrat, objicitur. Ita autem is refert: *Una volta furono rubbate a mio Padre molte e molte lane filate, che quì ſi dicono ſtame per farne le saje, e tre pezze di saja, e furono tali robbe rubbate dentro la ſteſſa noſtra Caſa: immediatamente ſe n'andò il mio Padre a lamentare col. Ven. Padre Domenico, ed il medeſimo eſortandolo alla pazienza gli diſſe: Statti quieto, che ci penſo io; e dopo due giorni lo chiamò, e gli diede certa lana, che era ſtata portata al Servo di Dio ſino al Convento, e gli conſegnò anche certo denaro dentro una carta dicendogli, che ſi foſſe quietato del furto, e non ne aveſſe parlato più, e così fece detto mio Padre, non oſtante che aveſſe perduto molto maggior roba di quel che l'era ſtata reſtituita*. Hoc in facto latere ajunt, quibus rationibus Servus Dei furem ab integra reſtitutione liberaverit. Latent certe hæ rationes, ſed minime latet, rem totam tranſactam, & compoſitam bona cum venia ejus, cujus ſtamen fur abſtulerat. Perlegantur verba, quæ teſtis facto præmiſit, ac ſubjecit, & nulla alia defenſione opus eſſe concludetur. *S' impegnava*, ait (d), *anche il Servo di Dio ad impedire e levare i peccati del proſſimo, come in fatti io sò, che lui non ſolo col ſuo gran zelo, e ſante parole ſi affaticò ed impedì l' offeſa di Dio, ma anche coi fatti, di modo che non ci era ini-*

(a) *Lib. III. de Beatific. &c., cap. XLIX. num. 8.*

(b) *Diſputation. XXXII. art. XVI. tom II. num. 588.*

(c) *Ibidem num. 593. & ſeqq.*

(d) *Summar. pag. 67. §. 32., & ſeq.*

inimicizia o ſconcerto, o delitto, che accadeſſe nella Città, al quale non accorreſſe ſubito chiamato il Servo di Dio, e lui metteva ſubito la pace, e la quiete nelle famiglie, aggiuſtava tutte le differenze, componeva, i delitti, faceva fare le remiſſioni alle parti offeſe, e colla ſua gran carità, e mirabile efficacia impediva i maggiori ſconcerti e precipizj di caſa, che ſarebbero certamente accaduti, ſe non ſi metteva framezzo detto Servo di Dio. Egli col ſuo garbo, e carità conſervava la riputazione alle famiglie, facendo, che non ſi pubblicaſſero quelle coſe, che potevano portare liti, ed omicidj, e nel tempo ſteſſo AGGIUSTAVA le coſe con ſilenzio, e CON SODDISFAZIONE DELLE PARTI; SPECIALMENTE UNA VOLTA CHE FURONO RUBBATE &c. (ſequuntur hic ea, quæ nuper exſcripſimus, de furto ſtaminis); *e così fece mio Padre, non oſtante, che aveſſe perduto molto maggior robba di quel che gli era ſtata reſtituita, e non ne parlò mio Padre per obbedire a detto Servo di Dio, il quale diſponeva di tutto, ed era da tutti obbedito e venerato per cauſa della ſua santità, e così, come ho detto, ACCOMODAVA tutte le coſe*. Itaque quum teſtis confirmet, Servum Dei ex partium conſenſu, & voluntate hujuſmodi lites & diſſenſiones in concordiam & compoſitionem reduxiſſe, adducto exemplo ſui Patris, qui Ven. Dominico petenti, ut rebus reſtitutis contentus eſſet, ultro acquievit, nulla ſupereſt quæſtio circa rationes, quibus furem ab integra reſtitutione liberaverit. Sed ex facto ſatis colligitur, furem jam tunc ſtamen vendidiſſe, & partem pretii ex indigentia conſumpſiſſe. Neque tamen conſtat, quid Servus Dei cum fure egerit, & an eum ab integra reſtitutione liberaverit, quum ſolum ex teſte habeamus, illum, cui res ablata fuerat, ſumma reſtituta contentum, quod reliquum erat, remiſiſſe.

71 Leviſſimum vero eſt, quod ex *capite IV. regulæ* Servo Dei opponitur, quod ſcilicet eleemoſynas ſibi datas ad pauperes ſublevandos deponeret apud moniales, aliaſque perſonas, & pro arbitrio diſtribueret. Certum eſt *eo capite* præſcribi (a), *ne apud ſe, vel alios fratres noſtri pecuniam quovis prætextu poſſideant, vel retineant . . . . Siquis autem eleemoſynam a quovis ſibi datam auctoritate propria diſpenſare auſus fuerit, ab eo conventu, ubi de familia degit, expellatur*. Omitto quærere, an hoc caput comprehendat eas eleemoſynas, quæ a fidelibus eo tantum fine darentur, ut in manibus certarum perſonarum depoſitæ ex arbitrio Servi Dei diſtribuerentur. Illud potius urgeo, dubitandum minime eſſe, quin Servus Dei legitima Superiorum ſuorum facultate, quum alia omnia miniſteria, tum hanc diſtributionem eleemoſynarum peregerit. Sane *capite illo quarto regulæ* pœna imponitur, ut qui contra fecerit, *ab eo conventu, ubi de familia degit, expellatur*. Erat autem publica, & frequentiſſima ea eleemoſynarum diſtributio, adeoque nota eſſe debebat Superioribus, & aliis Conſodalibus. Quid ergo fuit cauſæ, cur ex conventu, ubi degit *annos viginti duos*, non fuerit expulſus? Cur ſaltem aliqui conſodales non fuerint obloquuti? Parum id eſt: omnes teſtes conſentiunt, eum exacta regulæ obſervantia floruiſſe, *cujus puritatem* ex ejus exemplis, & monitis multi, graviſſimique viri Religioſi amplexi ſunt. *Beatus Bonaventura a Potentia* ejus alumnus paucis verbis hanc difficultatem reſolvit in ejus jurata teſtificatione (b): *Io sò, che il detto Padre Frà Domenico era oſſervante della legge di Dio, e della ſanta Chieſa, e DELLE REGOLE DELLA SUA RELIGIONE, anzi eſigeva da ſe ſteſſo LA PURITÀ DELLA REGOLA . . . . e tutto quanto ho detto io lo sò per la pratica, che ho*

Reſponſio ad §. 25. *Animadverſionum.*

(a) *Ex Conſtitutionibus Urbanis in Caput IV. regulæ titulo VIII. num. 6.*

(b) *Titulo V. Demonſtration. virtutum part. I. pag. 26. ad nonum.*

avuto con detto Padre Fra Domenico. Alia aliorum teſtimonia videri poſſunt *in Elencho Titulo IV. actu V. pag. 99. & seqq.*, ubi probatur, Virum Dei, quoquo poterat modo, pauperes ſublevaſſe, *debita cum Superioris venia*, & ita ut nunquam pecuniam apud ſe retineret. De perfecta obſervantia votorum, & diſciplinæ regularis extat *Titulus IX. pag.* 161. Pauca nos proferemus, quæ ad rem noſtram magis proprie pertinent. Titulo IV. actu V. Teſtis Apoſtolicus VIII. (*a*): *ajutò, e ſovvenne* (Servus Dei) *il proſſimo sempre che potè, e GLI FU PERMESSO*. Teſtis XIX. Apoſtolicus (*b*): *Colli poveri dimoſtrava una tenerezza particolare . . . . Moltiſſime volte, e CON LICENZA DE' SUPERIORI ſi aſteneva di qualche pietanza in refettorio, che poi dava ai poveri*. Titulo IX. actu I. Teſtis III. Apoſtolicus Pater Thomas Salati Superior Servi Dei (*c*): *Con gran DELICATEZZA ancora OSSERVÒ LE REGOLE, e Coſtituzioni del noſtro Patriarca S. Francesco*. Teſtis VI. Apoſtolicus (*d*): *Una volta viddi, che il Servo di Dio non volle ricevere una elemoſina, ma diſſe, che ſi foſſe consegnata al P. Guardiano, temendo, che dal toccare solamente il denaro di tal elemoſina veniſſe pregiudicata la sua esattiſſima povertà*. Teſtis XVII. Apoſtolicus (*e*): *Queſto io lo depongo, perchè essendo familiare di detto Servo di Dio vedeva cogli occhi miei, come veſtiva, quanto era povera la sua cella, e quanto era diſtaccatiſſimo dalle cose del Mondo . . . . Non volle mai tenere in sua mano denaro alcuno . . . . NON DISPOSE MAI DI COSA ALCUNA BENCHE' PICCOLISSIMA SENZA LICENZA DEL SUO SUPERIORE*. Teſtis X. informativus anni 1694. (*f*): *Io sò, che il detto Padre Fra Domenico era zelantiſſimo nell' oſſervanza de' comandamenti di Dio, e della sua regola, e precisamente nella povertà, circa la quale io poſſo deporre, che mai ho viſto tal persona tener denari, o altra cosa ſimile in suo potere, e benchè dispensaſſe diverse elemoſine, tuttavolta queſte paſſavano per mano di diverſi suoi depoſitarj . . . . a segno tale, che nemmeno ſi arriſchiò di disporre d' una forbicetta, della quale io aveva bisogno, senza LICENZA DEL SUPERIORE, quantunque anche io ero Religioso dello ſteſſo Ordine*. Actu IV. ejusdem Tituli IX. Teſtis II. Apoſtolicus (*g*): *Fù egli obbedientiſſimo, nè mai per quanto io potei vedere, fece cosa alcuna senza LICENZA DEL SUO SUPERIORE*. Teſtis VI. Apoſtolicus ibidem: *Depongo inoltre, che il Ven. Padre Domenico era l'iſteſſa obbedienza, che non faceva cosa senza L' ORDINE DE' SUOI SUPERIORI da lui tenuti in venerazione grandiſſima*. Teſtis X. informativus anni 1742. (*h*): *Io sò, che il detto P. Domenico era esattiſſimo nell' Oſſervanza delli Comandamenti di Dio, e della Santa Chiesa, e delle Regole della Religione; e queſto lo sò PER AVERLO SPERIMENTATO OBBEDIENTISSIMO PER QUEL TEMPO, CHE IO ERO SUPERIORE LOCALE IN DETTO CONVENTO*.

72 Ex his, aliisque ſimilibus teſtimonis satis diluitur objectio inde petita, quod ſolus peteret domos mulierum. Patet enim, id ab eo factum ex Superiorum venia, & ad ſacra Miniſteria obeunda, ut diſerte ait Teſtis X. nunc laudatus Actu IV. Elenchi titulo IX. eadem pagina 170. *Circa poi alla salute*

(*a*) *Pagina* 100.
(*b*) *Pagina* 101.
(*c*) *Pagina* 162.
(*d*) *Eadem pag.* 162.
(*e*) *Pagina* 164.
(*f*) *Pagina* 165.
(*g*) *Pagina* 169.
(*h*) *Pagina* 170.

lute delle anime era zelantiſſimo, accorrendo ſempre, dove era chiamato, o di giorno, o di notte. *AVENDO SOPRA CIO LICENZA GENERALE, COSI DA ME, QUANDO ERA SUPERIORE, COME DAGLI ALTRI SUPERIORI*. Neque vero ullo modo probatur, Servum Dei domos, in quibus ſolæ eſſent fœminæ, ventitaſſe, aut longiores, & frequentiores cum eis ſermones habuiſſe, iis exceptis, qui ab eo aut in confeſſionibus audiendis, aut in meditationibus ſpiritualibus palam ſuggerendis habebantur. Conſtat quidem ex actis, eum ſpatio annorum duorum & viginti munus Confeſſarii Ordinarii, & directoris Monialium Conventus SSñæ Annunciationis exercuiſſe. At qua prudentia? quo fructu? Relegantur *Actus II.*, *& III. Tituli V. Elenchi* (a). Plures etiam Moniales domeſticas in perfectionis via direxit; at qua modeſtia, & cautela eas alloquebatur, quum neceſſe erat? Extat *Titulo IX. Actus II.* ubi angelica ejus puritas conſentientibus teſtimoniis comprobatur. Non multa excerpam. Teſtis VI. Apoſtolicus (b): *Era modeſtiſſimo, ed aſſai cauto nel trattare con donne, e non le guardava mai in faccia, nè ſi faceva baciare la mano da eſſe*. Teſtis X. Apoſtolicus in citata pag. 166.: *Trattava con noi ſue figlie ſpirituali con ſomma modeſtia, e gli occhi a terra, e praticava ſempre in queſta maniera, ſenza guardarci mai in faccia, e mai permetteva, che ſe gli baciaſſe la mano, ma al più dava a baciare l'Abito*. Teſtis XI. Apoſtolicus ibidem: *Era anche caſtiſſimo, e ſi vedeva dalle ſue parole, ed operazioni: Compariva ſempre modeſtiſſimo, non guardava in faccia alle donne, non ſi faceva da eſſe baciare le mani, e trattava con eſſe con gran cautela e modeſtia*. Teſtis XVII. (c): *Fù amantiſſimo della purità; atteſo che tutte le ſue parole, ed azioni erano così modeſte e pure, che non pareva, che lui foſſe uomo, ma Angelo in carne, e ciò conoſcevaſi così dal portamento eſteriore del corpo, come dalli ſuoi modeſtiſſimi diſcorſi. Era così cauto nel trattare con donne, che quando la neceſſità ricercava di parlarle, ſtava ſempre cogli occhi fiſſi a terra, nè mai io lo viddi, ne inteſi da altri, che aveſſe mai guardato in faccia alcuna* (ex feminis); *tanto vero, che quando era chiamato da qualche Signora di sfera, come dalla Governatrice di quel tempo, o da altra Dama, moſtrava avere grandiſſimo diſpiacere; ma neceſſitato ad andare procurava ſpicciarſi preſto al poſſibile, e mai ſi tratteneva più di quel, che ricercaſſe il biſogno, e la neceſſità, affinchè aveſſe cuſtodita con gran cautela queſta gran virtù*. Conſentiunt alii teſtes ex utroque proceſſu informativo. Perperam autem dicitur, *patere ex actis*, Servum Dei vitam fere integram inter mulieres tranſegiſſe, quum potius ex actis conſtet, eum non ſolum feminas, ſed plures religioſos ſui Ordinis viros ad perfectionis apicem deduxiſſe, multos peccatores ad bonam frugem revocaſſe, lites, & diſcordias civium frequenter compoſuiſſe, ægros, pauperes, afflictos ope, eleemoſinis, conſiliis recreaſſe. Neque omittendum, ex ſuperioribus animadverſionibus repeti, quod Servus Dei *ſolus* domos mulierum acceſſerit: quum in reſponſione prima (d) repoſitum fuerit, id unice reſpicere, quod Ven. Vir aliquando ad pauperculæ fœminæ tuguriolum ſtramentitiam culcitram propriis humeris portavit, & ad januam accedens onus depoſuit, & ad Conventum rediit: qui heroicus eſt actus charitatis, caſtitati nihil contrarius.

(a) *Pagina* 118. *& ſeqq.*; item *pag.* 100., *& ſeqq.*
(b) *Pagina* 166.
(c) *Pagina* 167.
(d) §. 80. *pag.* 81.

73 Unum tantum profertur exemplum in Animadverſionibus contra heroicam Ven. Dominici Caſtitatem : *Monialem interrogantem , an motus carnis pateretur , maxime quum Confeſſiones audiret , non modo acriter non corripuit , ſed potius fuſo ſermone ejus interrogationibus ſatisfacere curavit .* Hunc ſcrupulum in prima noſtra reſponſione (*a*) exemimus . Accipe totam narrationem ex Summario (*b*) : *Anzi che non ſolo detto Padre Domenico penetrava l' interno , ma anche io depongo , che la ſua preſenza ſola più volte mi liberava dalle interne tentazioni , e precisamente dagli aſſalti , che pativo contro la purità , da quali reſtavo libera , attribuendo , che che la tua purità aveſſe comunicato a me il medeſimo eſſere , mentre che più volte avendolo viſto praticare con donne , e Signore , gli domandai , se ſimili penſieri d' impurità l' aveſſero aſſaltato ; e lui mi riſpoſe di non eſſere capace per grazia di Dio ; e ci animava su queſto a star salde , e diſcacciare detti penſieri , ed io replicandogli , come faceva nell' atto delle Confeſſioni , lui mi soggiunse : Iddio mi dà capacità per quell' atto ſolamente , e poi torno al mio ſtato della ſolita incapacità per grazia del Signore .* Expendamus nunc omnia adjuncta: Teſtis Monialis Lucia Salato experiebatur internas ſuas cogitationes de rebus aliis Servo Dei cognitas ſæpe fuiſſe ; nec non ſe a tentationibus impudicis vel ex ſola illius præſentia liberari ; ex quo occaſionem cæpit interrogandi : *ſe ſimili penſieri d' impurità l' aveſſero aſſaltato ?* Quum ille negaret , eamque ad hujuſmodi cogitationes repellendas hortaretur , quæſivit iterum Teſtis , quo pacto ſe gereret in Confeſſionibus excipiendis , ubi plura ejus generis peccata audire , eaque cognoſcere , & inter ſe diſtinguere oportebat ; *ed io replicandogli , come faceva nell' atto delle Confeſſioni* : tunc Ven Vir reſpondit : *Iddio mi dà capacità per quell' atto ſolamente , e poi torno al mio ſtato della ſolita incapacità per grazia del Signore* : Scilicet Dei munere habebat , ut peccata contra Caſtitatem ad explendum Confeſſarii munus in ipſis Confeſſionibus cognoſceret , ac diſtingueret , ſed extra Confeſſiones de eis ne cogitaret quidem . Confer nunc exempla in prima reſponſione adducta. Abbas Joannes apud Caſſianum ita Monachos alloquebatur : *Si quid elatius , immo liberius protulero , quæſo , ut non jactantiæ vitio , ſed ædificationis veſtræ depromptum ſtudio cenſeatis ; quia vobis tam ſtudioſe quærentibus , nihil de veritate exiſtimo ſubtrahendum* . De S. Antonio refert S. Athanaſius : *Nec Spiritualibus filiis pura in Chriſto anima quidquam occultare volebat* . Proprius ad rem noſtram , S. Dominicus morti proximus ſuis Fratribus declaravit , ſibi illibatam virginitatem ſingulari Dei munere conſtitiſſe. De S. Philippo Nerio Auditores Rotæ : *Virginalem Caſtitatem perpetuo conſervavit , ut ipſemet manifeſtavit Franciſco Buccæ ejus in Chriſto filio , ut eumdem ad Caſtitatem induceret* . De S. Tereſia a Jeſu iidem Rotæ Auditores : *Nunquam Beata Tereſia tentationes carnis experta fuit , illaſque omnino ignoravit particulari gratia , & privilegio Dei . . . . Ex quo non ſemel evenit quod quum aliquæ Moniales carnis ſtimulis vexatæ illam pro remedio conſequendo conſulerent , illis reſpondere ſoleret , aliam perſonam conſulerent , ſe enim in hac materia conſilium dare non poſſe , quum hujuſmodi motus Dei miſericordia nunquam paſſa fuiſſet , ac proinde , cujuſmodi eſſent , ignoraret .*

74 Jam patientiæ virtuti minime repugnare , quod narrat Teſtis XXI. Proceſſus Informativi anni 1694. , facile intelligetur , ſi omnia ejus verba exhi-

(*a*) *A §. 78. ad 80. pag. 78. & ſeqq.* (*b*) *Pagina 151. num. 17. §. 11.*

hibeantur (*a*) : *Laſciò* (Dei Servus) *ſopra queſto proſſimo bancone de' panamenti un certo panno di canavaccio , che lui teneva allo ſtomaco , come-lo ſuppoſi , e perchè se lo ſcordò ſopra detto bancone , e lui andò facendo altri ſervizj per queſta Chieſa , io per la divozione , che gli aveva , ritrovandomi in queſto medeſimo luogo , pigliai una mazza , e con quella preſi detto panno , quale oſſervai ſudato , e macchiato di ſangue &c. Io giudicai , che foſſe cagionato detto ſangue da un gran cilizio , che detto Padre Domenico portava a carne nuda &c. Io poi di detto panno ne feci queſto , cioè per divozione , e fede grande , che aveva a detto P. Domenico poſi il detto panno al mio ſtomaco , perchè da molto tempo avevo dolori grandi a ſegno , che ſe bevevo un poco d' acqua , era neceſsitata ſubito a boccone a boccone a mandarla fuori ; ed appena , che detto panno toccò il mio ſtomaco , in inſtanti mi viddi ſana e libera dagli attuali dolori , che erano continui , e d' allora in poi non ne patii più . E benche detto P. Domenico nel medeſimo giorno della vigilia di S. Domenico ritornato al bancone , e non ritrovatovi il ſudetto panno , ſeu canavaccio , chiamò le Monache , e diſſe , che ce l' aveſſero reſtituito, perchè ſupponeva, come era vero , che neſſun altro aveſſe potuto pigliarlo , e ſtrepitò in queſto ; io per quietar lui , e ſodisfar la mia divozione , gli diedi altro panno ſimile , e lui in averlo alle mani diſſe: queſto non è il mio , datemi il mio , e benche ſe lo portò quella ſera , ad ogni modo per molti giorni ſempre ſtrepitò dicendo , che quello non era ſuo , e che voleva il ſuo . E la Madre Badeſſa con molte Monache cercarono d' acquietarlo , come s' acquietò ; ma poi diede ordine a tutte noi , che chi aveſſe tenute robe , o coſe delle ſue , ſe l' aveſſe prima poſte ſotto i piedi , e poi brugiate .* Ex qua facti expoſitione eminens Servi Dei humilitas clare oſtenditur ; ac nihil prorſus contra ejus patientiam colligitur . Quod enim Moniales objurgaverit , ut eas ad reſtituendum rude linteolum adigeret , id ille ideo faciebat , quia a Monialibus surreptum agnovit pietatis & devotionis causa , ut ex poſtremis verbis intelligitur : *ma poi diede ordine a tutte noi , che chi aveſſe tenuto robe , o coſe delle ſue , ſe le aveſſe prima poſte ſotto i piedi , e poi brugiate .*

75 Venio nunc ad eam difficultatem , quæ circa Spem , & fiduciam in Deo excitatur . Teſtis V. Proceſſus Informativi anni 1694. hæc refert (*b*) : *Circa la ſperanza gli diſpiaceva molto , quando ſentiva parole di ſconfidenza , e per quello , che mi ricordo , avendogli detto una volta : Padre chi mi aſſicura , che quello , che fò , ſia bene , ed accetto a Dio ; lui mi correſſe con gran ſentimento , e mi diſſe: tanto è queſto , quanto diſſidare delli mezzi laſciati in ſanta Chieſa per la noſtra ſalute .* Hac reſponſione subrui fundamentum ſalutis opponitur, quia, ut ait Apoſtolus , *cum metu & tremore veſtram ſalutem operamini* ; & Eccleſiaſticus : *neſcit homo , utrum amore , an odio dignus ſit* . Ceterum ex relato teſtimonio aperte eruitur , Servum Dei nihil aliud persuadere voluiſſe , niſi ut teſtis fiduciam , & ſpem in Deo , & mediis a Deo ordinatis collocaret , & vanum quemdam timorem , ac ſuperfluam ſollicitudinem abjiceret . Nego enim , quod verba mulieris ſonent , non aliud eam Ven. Viro aperuiſſe, quam quod plurimum de ſe diffideret . Nam conceptis verbis ipſamet teſtis ſe quædam protuliſſe ſpei contraria affirmat : *E circa la ſperanza gli diſpiaceva molto , quando ſentiva parole di ſconfidenza* : & interrogatio ipſa innuit diffidentiam non ſolum in ſe , ſed in mediis divinitus ordinatis . Quum enim Agatha Salati *Reſponſio ad 26. Animadverſionum .*

ex

(*a*) *Tit. VIII. Elenchi actu 3. pag.158. & ſeq.* (*b*) *Sum. pag.59. §.38.*

ex his monialibus eſſet, quæ ſub diſciplina Servi Dei plurimum profece-rant, de bonis operibus, quæ faciebat, quæſivit: *Padre, chi mi aſſicura, che quello che fo ſia bene, ed accetto a Dio?* Cui interrogationi optime conſonat reſponſio Famuli Dei: *tanto è queſto, quanto diffidare delli mezzi laſciati in santa Chieſa per la noſtra ſalute*. Verba Eccleſiaſtici alio per-tinent: ſcilicet ad excludendam illam certitudinem fidei, *cui falſum ſu-beſſe non poteſt*, quo ſenſu *nemo ſcit, utrum amore, an odio dignus ſit*; quod non adverſatur ſpei in Deo certiſſimè collocandæ. Ut enim ſtabilitur in Synodo Tridentina (a): *Sicut nemo pius de Dei miſericordia, de Chri-ſti merito, deque Sacramentorum virtute, & efficacia dubitare debet; ſic quilibet, dum ſeipſum, ſuamque propriam infirmitatem & indiſpoſitio-nem reſpicit, de ſua gratia formidare & timere poteſt; quum nullus ſcire valeat certitudine fidei, cui non poteſt ſubeſſe falſum, ſe gratiam Dei eſſe conſecutum*. Similiter Apoſtoli verba *timorem filialem & caſtum* indicant, non *vanum aut ſervilem*, quem Ven. Dominicus excludere volebat. Ac reverà Auditores Rotæ heroicam S. Thereſiæ ſpem commendant, quod in ſolo Deo toto corde ſuo, tota ſecuritate, & abſque ulla dubitatione, aut hæſitatione, ſed firmitate quemcumque timorem vanum & ſuperfluam ſol-licitudinem excludente ſperaverit. Et in relatione S. Petri de Alcantara ajunt: *Hanc perfectiſſimam ſpem in Deo ſolo ex toto corde in gradu heroico demonſtravit, quando ægrotas, propinquusque morti . . . QUASI CER-TUS DE GLORIA . . .; quæ omnia proceſſerunt ex illa perfectiſſima ſpe, quam habebat in Deo, & in ſuis promiſſionibus factis diligentibus ſe &c.*

76 Quæritur, an Ven. Dominicus excuſari poſſit, quod crediderit, Matthæum Anaſtaſio vere fuiſſe mortuum, damnatum, & tandem vitæ reſtitutum (b). Neque enim hoc tempore in ſcenam revocandæ ſunt inanes fabellæ de ani-mabus Trajani, & Falconillæ ab inferis excitatis. Equidem, ut Ven. Dei Famulum excuſem, non proferam in medio ſententiam, quam olim multi ac graviſſimi Scriptores tenuerunt, animas Trajani, & Falconillæ ab in-feris fuiſſe liberatas: de quo videri poteſt Alphonſi Ciacconii Tractatus *de li-beratione animæ Trajani Imperatoris a pœnis Inferni precibus S. Gregorii Pontificis Maximi*, excuſus *Romæ anno* 1576. In noſtro themate res alio modo ſe habet. Nam Matthæus Anaſtaſio reſuſcitatus quidem eſt, ut te-ſtes aſſerunt, & Ven. Dominicus credidit; at non oſtenditur, Ven Domi-nicum crediſſe, eum jam damnatum a pœnis inferni fuiſſe exemptum. Verba enim teſtis non aliud habent, niſi quod *anche il Ven. Padre Domeni-co ſtimò, che il medeſimo foſſe veramente riuſcitato*. Accedit, neque ipſum Anaſtaſium retuliſſe, ſe verè damnationis extremæ pœnam incurriſſe; nam ut idem teſtis refert (c): *gettò mio Padre un profondiſſimo ſoſpiro, e ſubi-to raccontò, come morto che fu, ed uſcita l'anima dal ſuo corpo, ſubita la preſero i Demonj, e gli parve, che la portaſſero in un luogo, o ſia ſtan-za con ſette camere &c. alla fine ſi vidde già in una di quelle camere, dove era un buco grande, nel quale già ſarebbe capito, e precipitato ad un gran precipizio; ma nell'atto che i Demonj ſtavano per gettarlo comparve la Santiſſima Vergine &c., e nel medeſimo tempo ſi ſentì detto mio Padre ri-chiamato a vita*. Hujuſmodi reſuſcitationes mortuorum e morte ad vitam in Eccleſiaſticis hiſtoriis, actiſque Sanctorum paſſim occurrunt, & plura exempla habentur *in Thaumaſia veræ Religionis* Silveſtri Petraſanctæ (d).

in

(a) *Seſſione VI. cap. IX.*
(b) *Ex Summar. pag. 40.*
(c) *Citati Summar. pag. 39. in fin. & ſeq.*
(d) *Tom. I. Cap. LII.*

in relationibus Rotæ Auditorum, & in Bullis Canonizationum. In vita Sancti Bernardi Abbatis *(a)* poſt opera S. Bernardi in editione Mabillonea, narratur, quemdam blaſphemum precibus S. Bernardi e morte revocatum, qui interrogatus, utrum mortuus eſſet, respondit: *mortuus eram, & SENTENTIAM DAMNATIONIS acceperam: ac niſi Abbas Sanctus feſtinaſſet accurrere, eram ad inferna deſcendus*. Videatur Benedictus Pontifex XIV. *(b)*, qui excribit compendium Proceſſus miraculoſæ reſurrectionis a morte, quæ in Xanti Provincia Imperii Sinarum contigit, cujusdam Sinenſis, qui in extremis conſtitutus, quum baptismum poſtulaſſet, antequam eum recipere poſſet, mortuus eſt, ſed deinde revixit, receptoque baptiſmo, poſt menſem iterum mortuus eſt: qui magni peccati reus erat, quum recte valens, & ſæpius admonitus, centies potuiſſet recipere baptiſmum, & eum ad obitum differre voluiſſet. Certe Deus ex precibus præviſis alicujus Sancti poteſt abſolutam damnationis æternæ ſententiam ſuſpendere in obitu peccatoris, quod Theologi docent cum S. Thoma *(c)*: *Idem eſt de Trajano, qui forte poſt trecentos annos ſuſcitatus eſt, & de aliis, qui poſt unum diem ſuſcitati ſunt: de omnibus enim dicendum eſt, quod non finaliter damnati erant. Præſciebat enim Deus, eos Sanctorum precibus a pœnis liberandos, & vitæ reſtituendos*. Quod ita eſt intelligendum, ut ii, qui vitæ reſtituunter, pœnitentiam agant, neque aliter ſalutem æternam conſequantur; de quo videri poſſunt Cardinales Bellarminus *(d)*, & Capiſucchius *(e)* citati a Benedicto Pontif. XIV. *(f)*.

77 Supereſt difficultas ex primis animadverſionibus repetita de ſceleribus hominis proſcripti, a Servo Dei in confeſſione auditis, & extra confeſſionem relatis, quam in prima reſponſione penitus evertimus *(g)*. Quidquid ex actis de hoc homine proſcripto conſtat, in *Actum. III. tituli IV. pagin. 92. & ſeqq.* elenchi virtutum a nobis conjectum eſt. Nihil denuo nunc obicitur, niſi Ven. Dominicum debuiſſe monere de facultate a proſcripto habita palam loquendi de ejus facinoribus, ne ſcandalum oriretur in iis, qui audiebant. Verum ex facto ipſo liquet, aut Ven. Dominicum reipſa id expreſſiſſe, aut judicaſſe, non eſſe neceſſarium, quum res eſſet publica ſive a ſcelerato illo homine poſt converſionem, ſive a Ven. Dei Servo ex ejus venia primum divulgata. Etenim videmus, nullum eſſe ex teſtibus, qui Servum Dei reum violati ſigilli Sacramentalis ſuſpicatus fuerit; immo omnes rem exponunt, ut ejus heroicam charitatem erga proximos confirment. *Implexiſſimum eſſe*, ait, *& ſalebroſum propter teſtium diſcrepantiam, & potiorum circumſtantiarum ſilentium decernere, quonam pacto & via publica primum evaſerint proſcripti hominis ſcelera ſub Sacramentali ſigillo Ven. Viro manifeſtata*. Primum reſpondemus, non eſſe teſtes in eo diſcrepantes, quod alii dixerint, ſe rem audiviſſe ex ore Servi Dei, alii ex aliis, & publica voce, & fama: nam utrumque verum eſſe poteſt, ſive proſcriptus ille primum ſua crimina evulgaverit, ſive Ven Dominicus ea ex illius facultate enunciaverit. Deinde ſilentium Teſtium tum circa hanc facultatem, tum circa modum, quo publica evaſerunt illa facinora, verum eſſe fatemur: quamvis non contemnendum eſt dictum teſtis Apoſtoli-

Reſponſio ad §. 27. *Animadverſionum*.

(a) Lib VII. diſtin. II. cap. XIX.

(b) Lib IV. de Beatific. &c. part. 1. cap. XXI. num. 33. & ſeqq.

(c) In I. ſent. diſtinction. 43. quaeſt. 2. articulo 2. ad quintum.

[d] Tom. II. Controvers. de Purgato. lib. I. Cap. VIII.

[e] Controverſ. VII.

[f] Magn. oper. lib. IV. part. I. Cap. XXI. num. 5.

(g) Pagina 88. §. 85. & ſeqq.

ſtolici XVII. (*a*) : *Queſto fatto ſi reſe pubblico , ed io pubblicamente l'inteſi raccontare , e ſuppongo, che chi lo diſſe a me l'aveſſe ſaputo dallo ſteſſo Bandito .*

78 Præterea in hoc teſtium ſilentio dicimus , ac ſuſtinemus , dubitationem, quæ inde oritur , etiamsi abeſſent aliæ rationes ex facto , pro Servo Dei eſſe resolvendam , vel ex iis solis rationibus genericis , quas expendit doctiſſimus Pontifex Benedictus XIV. (*b*) : *Quid autem dicendum erit , quum pensatis omnibus pensandis , & animadverſis omnibus animadvertendis , adhuc dubium supereſt de bonitate aut malitia actus ? Erit ne in judicio canonizationis sumenda interpretatio , quæ faveat , an quæ adverſetur bonitati actus ? . . . . . Præsens autem quæſtio eſt de iis , de quibus dubitatur , utrum bona , aut mala fuerint , de quibus S. Thomas 2. 2. quæſtion. 60. artic. 4. scribit : ideo ubi non apparent manifeſta indicia de malitia alicujus , debemus eum ut bonum habere , in meliorem partem interpretando , quod dubium eſt . Nonnullos aliquando audivi Sacrorum Rituum Congregationis Consultores aſſerentes , id ſibi vindicare locum, quum in examen vocantur opera Servorum Dei jam canonizatorum , secus autem quando res eſt de scrutinio geſtorum a Dei Servis canonizandis. Hæc autem diſtinctio inter canonizatos, & canonizandos mihi nunquam probata fuit: actiones ſiquidem & opera canonizatorum , non poſt , sed ante canonizationem edita sunt , & eorum examen canonizationi præceſſit ; ex quo fas eſt arguere , latum fuiſſe ante canonizationem judicium de eorum bonitate , & ſic dubium in meliorem partem fuiſſe explicatum . Quocirca in praxi ſi aliquod dubium occurrat , resolutio petenda videtur a reliquo cursu vitæ , & ab aliis a Servo Dei geſtis . . . . Cohærenter ad hæc multum proderit animadvertere , utrum in Dei Servo , de quo dubitatur , an aliquo vitio fuerit irretitus , adfuerint ea , quæ vitium illud solent comitari .* Itaque quum reliquus vitæ cursus Servi Dei manifeſte contrarius ſit crimini violati ſigilli Sacramentalis , aut secreti naturalis ; quum in eo maxime emineat charitas erga proximos ; quum nec probetur , nec præsumatur , eum primum fuiſſe , qui scelera hominis proscripti evulgaverit , aut ea ſine illius facultate retuliſſe , consequens eſt , interpretationem benignam eſſe sumendam , ne dicatur graviſſimum scelus commiſiſſe .

79 Quid ? quod ex facto ipso plurimæ proferuntur rationes , quæ saltem ſimul sumptæ omnino persuadent , ſine ulla Servi Dei culpa crimina hominis proscripti in vulgus emanaſſe ? Eas breviter indicabo . Proscriptus , cujus scelera sunt revelata , publicus erat peccator , cui nullum præjudicium afferebat , quod ejus scelera ad Curiam jam delata manifeſtarentur , utile vero , & maxime optandum erat , ut pœnitentia , modusque ejus admirabilis enunciaretur . Siquidem ad confeſſionem rite , ac recte peragendam excitatus fuerat illo prodigio , quod referunt teſtes loco citato . Teſtis Apoſtolicus XVII. (*c*) : *ſi cacciò il bandito una piſtola dal luto , e voleva in tutti i modi uccidere il santo religioso ; lui accortoſi dell'animo pravo del bandito , ſi cacciò dal petto un Crociſiſſo . . . . e nel mentre voleva* (Bannitus) *eseguire il suo perverso disegno , cadde tramortito a terra* . Teſtis V. Proceſſus ordinarii anni 1694. (*d*) : *La Divina providenza non lo permise* (Servum Dei a proscripto uccidi) , *facendo , che detto foroscito quaſi tramortiſſe* . Solet autem usu id evenire , ut nefarii homines , quum ad veram pœnitentiam convertuntur , præsertim ſi in ipsa converſione aliquid in-

[*a*] *In citato elenchi loco pagina 93.*
(*b*) *Magn. oper. lib. III. Cap. XLI. num. 19.*
(*c*) *Elenchi pagina 92.*
(*d*) *Ibidem pagina 94.*

inſolitum, aut miraculoſum contigerit, ſua ſcelera publice defleant, & converſionis modum palam deſcribant. Hujus autem proſcripti hominis intererat, modum, quo a Deo converſus eſt, manifeſtari, quum Servus Dei in Curia ſeculari negotium tranſegerit. Teſtis XVII. Apoſtolicus (*a*): *fece* (proſcriptus) *una vera, e ſanta confeſſione, e cominciò a vivere da uomo da bene, e lo ſteſſo Servo di Dio ſi adoprò a farlo aggiuſtare colla Corte, come di fatto seguì*. Teſtis XIV. Proceſſus informativi anni 1694. pagina 94.: *detto Padre Frà Domenico ebbe ancora cura di farlo indultare dalla Corte*. Ut autem Servus Dei facilius rem componeret, & veniam obtineret, opportunum valde erat, ut cum pœnitentis venia de toto eventu ſermonem haberet. Simili ratione S. Hieronymus de Fabiola ad pœnitentiam converſa ſcribit(*b*)ad Oceanum: *non laudabo converſam, niſi prius ream abſolvero*. Et Palladius in Lauſiaca hiſtoria vitam Abbatis Moyſis deſcripturus ita exorditur apud Ros = Weydum (*c*): *Fuit quidam Moyſis nomine Æthiops genere, niger, Servus cujuſdam, qui gerebat rempublicam, quem propter morum improbitatem, & latrocinii crimen projecit ejus Dominus: cogor enim dicere facta ejus improbitatis, ut poſtea oſtendam virtutem ejus pœnitentiæ*.

80 Accedit, rem eo ipſo tempore, quo accidit, publicam evaſiſſe, neque ipſum proſcriptum ea de re queſtum, qui potius ſanctitatem Servi Dei ſemper prædicavit, & poſt hujus obitum ad ſepulcrum accurrit, ipſosque tres dies ibi lacrymas effudit. Teſtis XVII. Apoſtolicus (*d*): *Queſta gran carità del Servo di Dio verso il suo proſſimo fù così forte, coraggioſa, e coſtante, che per la ſalute delle anime non gli fece temere qualunque ſiniſtro incontro, e pericolo. In quel tempo sentivo io raccontare pubblicamente un fatto ſtupendo accaduto al Servo di Dio &c. Indi in poi viſſe il Bandito nel santo timor di Dio, ed affezionatiſſimo al Servo di Dio Padre Domenico: dopo qualche tempo saputo della morte ſi portò il Bandito quì in Amalfi, e trovatolo seppellito, ſi gettò sopra la sua sepoltura, e per più tempo pianse l'amantiſſimo suo benefattore. Queſto fatto ſi reſe pubblico, ed io pubblicamente l'inteſi raccontare*. Teſtis XIV. ordinariæ inquiſitionis anni 1694. (*e*): *Avendo detto Bannito avuto avviso della morte del detto P. Frà Domenico, venne in queſta Città di Amalfi al di lui sepolcro, e sopra di eſſo pianse trè giorni*.

81 Nihil jam neceſſe eſt alias præſumptiones afferre, ut plene diluatur crimen violationis ſigilli Sacramentalis. Quo autem gravius id crimen eſt, eo minus præſumitur, niſi certæ rationes contra Sacerdotem proferantur. Immo etiamsi pœnitens contendat, ſe facultatem Sacerdoti non feciſſe manifeſtandi audita in confeſſione, adhuc pro Sacerdote præſertim bonis moribus prædito ſtandum eſſe, ſi is facultatem ſibi datam aſſerat, multi opinantur, ut videri poteſt apud Pignattellium (*f*). Quum autem ſolum conſtat, Confeſſarium crimina in confeſſione excepta revelaſſe, & nihil exprimitur de facultate pœnitentis, intelligendum eſt, Confeſſarium id feciſſe permittente, ac volente eo, qui peccata confeſſus eſt. Audi verba Benedicti Pontificis XIV. ajentis (*g*): *Eo prorsus modo, quo, referente Mattheo Pariſio ad annum* 1247., *Sacerdotem quemdam Innocentio IV. Pontifici Maximo conjurationem in ipſum factam aperuiſſe, & militem ad ejus cædem subornatum denuntiaſſe, quum id totum ex complicis cujuſdam moribundi Sacra-*

(*a*) *Loco nuper citato pagina* 93.
[*b*] *Epiſtola LXXVII.*
[*c*] *Lib. VII. cap. XXII.*
(*d*) *In elenchi pagina* 92. *& ſeq.*
(*e*) *Ibidem pagina* 94.
(*f*) *Tom VII. conſultation. LIV. num.* 10., *& ſeqq.*
(*g*) *Lib. III. de Beatific. cap. VII. num.* 5.

cramentali confeſſione didiciſſet, cordati viri aſſerunt, id factum eſſe, valente, & permittente pœnitente, quamvis a Matthæo non dicatur. Id pro certo tenendum eſt in re noſtra, ubi agitur de Servo Dei, cujus heroicæ virtutes in *Summario*, & *elencho* perſpicue sunt demonſtratæ; cujus hanc actionem teſtes illi, qui referunt, summopere commendant, & inter actus charitatis eximiæ erga proximos recensent; quem proſcriptus ipse, cujus converſio mirabilis cum omnibus adjunctis palam narrabatur, enixe colebat; quem ipsum proſcriptum primum fuiſſe, qui sua scelera vulgavit, teſtis affirmat, & multa suadent, ut nunc prætercam, Ven. Dominicum cum seculari curia egiſſe, ut ille a suis criminibus absolveretur, quod vix obtinere poterat, niſi facultatem haberet loquendi de auditis in confeſſione, præsertim de iis, quæ proſcriptum ad pœnitentiam impulerunt. Sed in cauſa facili nimis jam multa dicta sunt: quæ quum tu, *Pie Pontifex Maxime*, pro tuo graviſſimo judicio, & sapientia, qua præſtas plurimum, ad trutinam revocabis, in spem certam ingredimur fore, ut heroicam sanctitatem Ven. Dominici a *Beato Bonaventura* a Potentia juratis verbis laudatam, immutabili Decreto confirmes, quod submiſſis precibus universus Ordo Minorum Conventualium S. Franciſci, ac nos ipſi iterum, atque iterum obſecramus,

Scipio Stambrinius Advocatus.
Urbanus Philippus Majani.

REVISA

A. Gardellini Sub-Promotor Fidei.

SUMMARIUM
ADDITIONALE

Nota de' Religioſi ſtanziati nel Convento di S. Franceſco de' Minori Conventuali della Città di Amalfi dal primo Maggio 1670. fino al 1683., in cui accadde la prezioſa morte del Venerabile Servo di Dio PADRE DOMENICO DA MURO, Sono li ſeguenti.

Num. 1. Catalogus eorum omnium, qui in Conventu Amalphitano cum Ven. P. Dominico Girardelli convixerunt.

Nel 1670. in 1671.
P. Giuſeppe di Tonade Guardiano
P. Domenico della Torella
P. Domenico da Muro
P. Bonaventura di Amalfi
P. Maeſtro Gio: Battiſta da S. Fele
P. Baſilio da Borgogna.
P. Michele di Amalfi
Frà Franceſco di Amalfi
Frà Luca da Meſagna
Frà Gerardo di Nocera Terziario

1671. in 1672.
P. Giuſeppe di Tonade Guardiano
P. Maeſtro Giacomo d'Arzano
P. Maeſtro Gio: Battiſta da S. Fele
P. Domenico da Muro
P. Bacc. Calabritto
P. Bonaventura di Amalfi
P. Michele di Amalfi
Frà Luca da Meſagna
Frà Felice di Gragnano
Frà Bonaventura di Potenza

1672. in 1673.
P. Giuſeppe di Tonade Guardiano
P. Maeſtro Gio: Battiſta di S. Fele
P. Maeſtro Giacomo di Arzano
P. Michele di Amalfi
P. Domenico da Muro
Frà Bonaventura di Potenza
Frà Felice di Gragnano.
Frà Giuſeppe di Potenza Terziario

1673. in 1674.
P. Michele di Amalfi Preſidente
P. Maeſtro Giacomo di Arzano
P. Giuſeppe di Tonade
P. Domenico da Muro
P. Bonaventura da Potenza
P. Bacc. Giuſeppe di Mola
Frà Felice di Gragnano.
Frà Franceſco d'Arcani
Frà Giuſeppe di Potenza Terziario
Frà Gaetano Terziario.

1674. in 1675.
P. Michele di Amalfi Guardiano
P. Giuſeppe di Tonade
P. Maeſtro d'Agropoli
P. Domenico da Muro
P. Bonaventura di Potenza
P. Bacc. Giuſeppe di Mola Diacono
Frà Franceſco d'Arcani.
Frà Felice di Gragnano
Frà Stefano di Sarno

1675. in 1676.
P. Frà Giuſeppe di Amalfi Guardiano
P. Maeſtro Gio: Battiſta da S. Fele
P. Maeſtro d'Agropoli
P. Michele di Amalfi
P. Domenico da Muro
P. Bonaventura da Potenza
P. Giuſeppe di Mola
Frà Felice di Gragnano
Frà Beoſe di S. Felice

1676. in 1677.
P. Frà Bonaventura di Amalfi Guardiano
P. Maeſtro d'Agropoli
P. Giuſeppe di Tonade
P. Ignazio
P. Domenico da Muro
P. Michele di Amalfi
P. Bonaventura da Potenza
P. Giuſeppe di Mola

Frà Felice di Gragnano
Frà Antonio d'Arena
Frà Domenico di Amalfi Terziario

1677. in 1678.

P. Bonaventura di Amalfi Guardiano
P. Giuseppe di Tonade
P. Ignazio da Pietramola
P. Domenico da Muro
P. Michele di Amalfi
P. Bonaventura da Potenza
Frà Felice di Gragnano
Frà Francesco d'Arcani
Frà Antonio d'Arena
Frà Domenico di Amalfi Terziario

1678. in 1679.

P. Bonaventura di Amalfi Guardiano
P. Maeſtro Tomaso d'Agropoli
P. Frà Michele di Amalfi
P. Frà Giuseppe di Tonade
P. Frà Carlo Borrello
P. Domenico da Muro
P. Bonaventura da Potenza
P. Giuseppe di Mola
Frà Francesco d'Arcani
Frà Antonio Arena
Frà Domenico di Amalfi Terziario
Frà Franceſc' Antonio da Pogerola Terziario

1679. in 1680.

P. Michele di Amalfi Guardiano
P. Maeſtro Frà Tomaso d' Agropoli
P. Frà Bonaventura di Amalfi
P. Giuseppe di Tonade
P. Frà Domenico da Muro
P. Frà Carlo Borriello
P. Frà Ludovico da Caſtrovillari
P. Frà Roberto da Napoli
Frà Antouio d'Arena
Frà Francesco d'Arcani
Frà Franceſc' Antonio da Pogerola Terziario.

1680. in 1681.

P. Frà Bonaventura di Amalfi Guardiano
P. Frà Giuseppe di Tonade
P. Frà Roberto da Napoli
P. Domenico da Muro
P. Maeſtro d'Agropoli
P. Michele di Amalfi
P. Carlo Borrello
Frà Antonio d'Arena
Frà Andrea di Amalfi
Frà Franceſc' Antonio di Pogerola Terziario.

1681. in 1682.

P. Bonaventura d' Amalfi Guardiano
P. Giuseppe di Tonade
P. Domenico da Muro
P. Roberto da Napoli
P. Ignazio da Pietramola
P. Michele di Amalfi
P. Bacc. Angiolo d'Alesandria della Paglia
P. Carlo Borrello
Frà Andrea dell'Amalfi
Frà Luca
Frà Franceſc' Antonio da Pogerola Terziario

1682. in 1683.

P. Bonaventura di Amalfi Guardiano
P. Giuseppe di Tonade
P. Domenico da Muro
P. Roberto da Napoli
P. Michele di Amalfi
P. Carlo Borriello
P. Bacc. Angiolo d'Alesandria della Paglia
P. Andrea di Amalfi
Frà Stefano di Sarno
Frà Franceſc' Antonio da Pogerola Terziario

1683. a tutto 30. Decembre di detto Anno in cui morì il Ven. Servo di Dio P. Domenico.

P. Bonaventura dell' Amalfi Guardiano
P. Giuseppe di Tonade
P. Domenico da Muro fino a tutto li 30. di Decembre 1683. nel qual tempo sortì la sua preziosa morte.

P. Ro-

P. Roberto da Napoli
P. Michele di Amalfi
P. Colleggiale Giuseppe di Mola
P. Carlo Borrello
P. Andrea di Amalfi
P. Angiolo d' Aleſandria della Paglia

P. Antonio di Piescopagano giunto nel Convento di S. Franceſco della Città d'Amalfi a di 6. Ottobre 1683.
Frà Paolo di Giugliano
Frà Franceſc' Antonio di Pogerola
Frà Carlo di Fonticchio.

Nel 1694. quando ſi pigliò il primo Proceſſo del Servo di Dio P. Domenico da Muro, vivevano dei sudetti Padri, e Fratelli, per quanto ſi è ricavato da libri Magiſtrali del Convento, li seguenti, cioè: = Il P. Michele Ferrigno di Amalfi = Il P. Bonaventura da Potenza = Il P. Tomaso Salati di Amalfi = Frà Antonio di Amalfi = P. Antonio di Piescopagano; dei Medeſimi ſi trovano esaminati solo li primi quattro = Il P. Antonio da Piescopagano non ſi trova esaminato; forse, perchè solo due Meſi, e giorni era ſtato col Venerabile Servo di Dio; e perchè ancora v'erano altri Teſtimonii rispettabili, ed in numero sufficienti, e bene informati della vita del medemo Servo di Dio.

Altri erano morti; come il P. Giuseppe di Tonade morto nel Convento d'Amalfi nel Mese di Marzo 1685.

Il P. Bonaventura di Amalfi morto nel Convento della Città di Nocera nel mese di Settembre 1687.; e altri morti in altri luoghi della Provincia.

Altri partiti per le loro reſpettive Provincie, e luoghi, giacchè molti de' detti Padri erano di diverse Provincie, venuti in Amalfi per participare de'salutevoli conſigli del Venerabile Servo di Dio aſſai accreditato, e dopo poco tempo molti se ne partirono, come riſulta da libri Magiſtrali di queſto Convento di Amalfi; come furono il P. Baſilio da Borgogna; = Frà Luca da Mesagna = Frà Antonio d'Arena = P. Ludovico da Caſtrovillari da Calabria = Il P. Angiolo d'Aleſandria della Paglia = Di più vediamo nel Magiſtrale del 1694., che li ſtanzianti di queſto Convento di S. Franceſco della Città di Amalfi erano li seguenti = cioè: = Il P. Tomaso Salati Guardiano = Il P. Maeſtro Antonio d'Amalfi = Il P. Maeſtro Gio: Battiſta di S. Fele = Il P. Michele Ferrigno di Amalfi = Il P. Antonio Vinaccia, che veſtì l'abito dopo la morte del Servo di Dio, come ſi rileva &c. = Il P. Antonio di Piescopagano = Frà Angiolo di Giugliano = Frà Nicola di Pogerola = Frà Franceſco Terziario.

Atteſtiamo Noi sottoscritti P. Guardiano, e Padri di queſto Venerabile Convento di S.Franceſco de'Minori Conventuali della Città di Amalfi, che avendo perquiſiti li libri Magiſtrali di detto Convento dall'anno 1670. fino all'anno 1683., nel quale morì il Venerabile Servo di Dio P. Domenico da Muro in queſto medeſimo Convento, abbiamo oſſervato il retroscritto elenco delli Religioſi ſtanzianti eſtratto da detti libri Magiſtrali; donde ſi scorge, che una buona parte di detti Religioſi venivano in detto Convento per conſigli, ed iſtruzioni spirituali dal Servo di Dio, non meno di queſta Provincia, che d'altre Provincie eſtere.

Abbiamo oſſervato ſimilmente nell' anno 1694. in cui ſi prese il primo Proceſſo informativo, *authoritate Ordinarii*, del Servo di Dio, che alcuni Religioſi, li quali col detto Servo di Dio avevano conveſſuti,

erano già premorti, ed altri s' erano retirati nei proprii Conventi, come apparisce dal retroscritto eſtratto Elenco. Tutto ciò ſi è osservato in presenza del Rmo Sig. Vicario Generale di detta Città, e Dioceſi, e del Cancelliero della Curia Arcivescovile, e così &c.

Frà Sebaſtiano Nocerino Guardiano, atteſta come sopra &c.
Frà Luigi Majelli Maeſtro in Sacra Teologia, atteſta come sopra.
Frà Francesco Maria Pansa atteſta come sopra &c.
Frà Giuseppe Simioli atteſta come sopra &c.

Antonius Puoti Dei, & Sanctæ Sedis Apoſtolicæ gratia Archiepiscopus Amalphitanus.

Univerſis, & ſingulis præsentium Seriem inſpecturis, notum facimus, atque teſtamur, admodum Rev. Patres, qui supradictam atteſtationem subscripserunt eſſe tales, quales se faciunt, nempe actuales Guardianum, & Patres Venerabilis Monaſterii sub titulo Santi Franciſci Min. Conv. hujus Civitatis Amalphiæ, eorumque Scripturis, atque atteſtationibus semper adhibitam fuiſſe, & in presenti adhiberi plenam, indubiamque fidem. In quorum &c. Datum Amalphiæ ex Archiepiscopali Curia die 22. menſis Octobris 1787.

Hieronymus Prim. Pansa Pro-Vic. Generalis.

Loco ✠ Signi.

Franciſcus Canonic. di Stefano Canc.

Num. 2.
Atteſtatio Monialium SSmæ Annunciationis, quæ ex traditione a veteribus Monialibus confirmant, P. Antonium a Pieſcopagano poſtremo tempore, scilicet duobus menſibus ante obitum Ven. Dominici, hujus confeſſiones audiviſſe.

Eſſendo ſtate Noi sottoscritte Madre Abbadeſſa, e Moniali di queſto Venerabile Moniſtero della SSma Annunciata di queſta Città di Amalfi interrogate dal Rmo Sig. Vicario Generale di detta Città, e Dioceſi coll' intervento del Cancelliero della Curia Arcivescovile della medema Città, chi fu l'ultimo Confeſſore del Venerabile Servo di Dio P. Domenico da Muro, che morì nel Convento de' Padri Minori Conventuali di detta Città a dì 31. Decembre 1683. Atteſtiamo in noſtra coscienza, che abbiamo udito dalle antiche Moniche defonte di queſto Moniſtero eſſere ſtato il P. Antonio di Piescopagano, del che sen' è conservata, e tuttavia ſi conserva in detto Moniſtero interrotta la memoria per tradizione delle penitenti Religiose del medeſimo Venerabile Servo di Dio P. Domenico da Muro, e del detto P. Antonio di Piescopagano. Imperciocchè eſſendo ſtato per lungo tempo il Venerabile P. Domenico da Muro Confeſſore, e Direttore Spirituale di queſto Moniſtero, come ſimilmente lo era nell' anno 1683. quando fù egli sorpreso dall' ultima sua infermità, ed avendo le Religiose di detto Moniſtero, allora viventi, gran credito nelle ſingolari virtù del predetto Servo di Dio; perciò erano aſſai premurose di risapere tutto, e quanto accadeva nell'ultima infermità di lui. Quindi ſi è conservata sempre interrottamente la memoria in detto Moniſtero, che l' ultimo Confeſſore del cennato Venerabile P. Domenico foſſe ſtato il P. Antonio di Piescopagano del medemo Ordine, lasciato Confeſſore, e Direttore Spirituale del medeſimo Moniſtero dal prelaudato Servo di Dio in occaſione della sua ultima malattia, quale prevedendola, e predicendol' ancora più meſi prima, ſi adoprò di far venire dal Convento della Città di Nocera, e ſituare nel Convento del medeſimo Ordine di queſta Città di Amalfi nel mese di Ottobre 1683. il detto P. Antonio di Piescopagano, il quale dopo la morte del Venerabile P. Domenico prese la carica di Confeſſore del pre-

predetto Moniſtero per molti anni, Tanto atteſtiamo per tradizione interrotta delle antiche Religioſe Defonte di queſto Moniſtero in preſenza del Sig. Rm̃o Vicario Generale, e del Cancelliero della Curia Arcivescovile di detta Citta di Amalfi, e così &c.

Io D. Maria Emanuele Salari Abbadeſſa atteſto come ſopra.
Io D. Maria Scolaſtica Caſabona atteſto come ſopra.
Io D. Maria Benedetta Monaco atteſto come ſopra.
Io D. Maria Arcangela Monaco atteſto come ſopra.
Io D. Maria Gerolima Salari atteſto come ſopra.
Io D. Maria Celeſtina Panſa atteſto come ſopra.

Antonius Puoti Dei, & Sanctæ Sedis Apoſtolicæ gratia Archiepiſcopus Amalphitanus,

Univerſis, & ſingulis preſentium Seriem inſpecturis notum facimus, atque teſtamur, Rev. ſupradictas Matres, quæ ſupradictam atteſtationem ſubſcripſerunt, eſſe tales, quales ſe faciunt, nempe Abbatiſſam, & Moniales Venerabilis Monaſterii SSm̃æ Annunciationis hujus Civitatis Amalphiæ, eorumque Scripturis, atque atteſtationibus ſemper adhibitam fuiſſe, & in preſenti adhiberi plenam, indubiamque fidem. In quorum &c. Datum Amalphiæ ex Archiepiſcopali Curia die 16. menſis Octobris 1787.

Hieronymus Prim. Panſa Pro-Vic. Generalis.
Loco ✠ Signi.

Franciſcus Canonic. di Stefano Canc.

R E V I S A.

Aloyſius Gardellini Sub-Promotor Fidei

A01 1470432

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google